NOBILE ENCHIRIDION JURIS FEUDALIS, DESUMTUM EX IPSIS FONTIBUS...

Johann Rudinger



NOBILE ENCHIRIDION JURIS FEUDALIS,

DESUMTUM EX IPSIS FONtibus Consuetudinum Feudorum, & secundum justæ ordinationis seriem conscriptum, ac recens editum

per

JOHANNEM RUDINGERUM
U. J. D.

In quo libello universa materia Feudalis doctè & eleganter tractatur.

Accesserunt Ducenta selectiora axiomata iuris Feudalis, ad decisiones causarum Feudalium perquam conducibilia.



ARGENTORATI
Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliopol.

ANNO M DC. X.



NOBILITATE GENERIS, VIRTUTE, AC Eruditione præſtanti Juveni

Dn. WULFGANGO CHRISTOPHORO à Seckendorff/ꝛc.

Sal. precor

JOHANNES RUDINGERUS D.

COnſuetudines Feudorum, Juvenis Nobiliſſime ac Doctiſſime, ordine miſcellaneo, & non admodum benè pro tractandorum continuatione compilatas fuiſſe, in iiſque omnia inordinatè & confuſè tractari, ita ut lector non facilè ſcopum attingere valeat, certò conſtat. Namque ſub uno titulo ſæpè plures res non modò diverſæ, ſed etiam non tam in loco exiſtentes coacervantur.

Et quamvis exinde ſcribentes

complures Methodicos libellos in publicum emiserint, plerique tamen omissis textibus juris Feudalis in illis saltem authoritates Feudistarum prolixè citant, & brevitatis obliti sunt. Sed cum testimonio lepidissimi Poetæ:

Dulcius ex ipso fonte bibantur aquæ,

materias concordantes hactenus in unum collegi, & in suos titulos ac Rubricas non sine labore redegi, separatim quippe, & ordine quodã res quaslibet tractare convenit, scilicet, ut dilucidius intelligi possent. Hinc & sacratissimus Imperator Justinianus admonet, jura ita posse tradi commodissimè, si primo levi ac simplici via, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. Alioquin si statim ab initio rudem adhuc, & infir-

mum

mum animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut desertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore, ſæpè etiã cum diffidentia (quæ plerumque juvenes avertit) ſerius ad id perducemus, ad quod leviori viâ ductus, ſine magno labore, & ſine ulla diffidentia maturius perduci potuiſſet.

Hunc verò libellum ex intima juris Feudalis, ſcientia depromtum ſub nominis tui auſpicio in lucem prodere volui, ob eximias animi virtutes, ac ingenii dotes, quibus ornatus es, quem ut benignè ſuſcipias, meque favore proſequaris, officiosè rogo. Cittingæ, menſe Auguſt. Anno Chriſti M. DC. X.

INDEX TITULORUM,

Qui in hoc Enchiridio juris Feudalis extant.

TITULUS.

7. Feu-

ENCHI-

ENCHIRIDII JURIS FEUDALIS

TITULUS I.

Feuda qualia prius habuerint initia.

ANtiquiſſimo tempore ſic erat in Dominorum poteſtate connexum, ut quando vellent, poſſent auferre rem in feudam à ſe datam. Poſteà verò eò ventum eſt, ut per annum tantum firmitatem haberet. Deinde ſtatutum eſt, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed cũ hoc jure ſucceſſionis ad filios non pertineret: ſic progreſſũ eſt, ut ad filios deveniret: in quem ſcilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie ita ſtabilitum eſt, ut ad omnes filios æqualiter veniat.

Text. in c. 1. §. antiquiſſimo. de his qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. à princ. de ſucceſſ. feud. 1. F. 8.

Cum verò Imperator Conradus Romam proficisceretur, petitum est à fidelibus, qui in ejus erant servitio, ut Lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & ut frater fratri sine legitimo herede defuncto, (vel filius) in beneficio, quod eorum patris fuit, succedat. Sin autem unus ex fratribus à Domino feudum acceperit: eo defuncto sine legitimo herede frater ejus in feudum non succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet, ut uno defuncto sine legitimo herede alter succedat: herede verò relicto alter frater removebitur.

Ita text. in c. 1. §. cum verò. de his qui feud. dar. poss.

Sed beneficium ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione secundum usum ab antiquis sapiẽtibus constitutum, licèt moderno tempore usque ad septimum geniculum sit usurpatum, quod in masculis descendentibus novo jure usque ad infinitum extenditur.

Text.

Text. in c. 1. § hoc quoq; 1. F. 1. vide infr. tit. de success. feud.

TITULUS II.

Feudum quid sit, & unde dicatur.

FEudum est beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: Ususfructus verò illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eũ heredesq; suos masculos sive fœminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat: ad hoc ut ille & sui heredes fideliter Domino serviãt: sive servitium illud nominatim, quale esse debeat, sit expressum, sivè indeterminatè sit promissum.

Ita text. in c. 1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23

Dicitur feudum à fidelitate vel à fide.

Text. in c. 1. in fin. per quæ. fiat invest. 2. F. 3.

Jura communia Feudalia jus Canoni-

cum & recepit & approbavit.

c. quæ in Ecclesiarum. & ibi CC. ext. de constitut. c. cæterum. de judic. c. ex transmissa. c. verum. de for. compet. c. 1. & 2. de feud. c. nuper. de donat. int. vir. & uxor. c. Tua. de decim. c. ut super. de reb. Eccles. non alien. cum multis similibus, quæ facilè in magna copia allegari possint.

TITULUS III.

Feudum aliud novum, aliud antiquum vel paternum.

DIvisio feudi novi & antiqui vel paterni probatur

ex c. 1. a princ. per qu. fiat. invest. 2. F. 3. c. 1. qui test. sint. necess. 2. F. 32. c. 1. § si duo fratres. de feud. March. 1. F. 14. c. 1. de invest. & nov. benefic. tit. extraord. 91.

Novum feudum definitur, quod alicui de novo conceditur à Domino.

c. 1. vers. novam. qui test. sint. necess. 2. F. 32. c. 1. de fratr. de nov. benef. invest. 2. F. 12.

Antiquum feudum dicitur, quod ab aliquo communi parente ultra quartum gradum descendit.

Text

Text. in c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. 1. F. 8 & hoc quandoque appellatur paternum, *ut in c. 1. § his verò deficientibus. de success. fratr. 2. F. 11.*

Paternum feudum propriè est, quod à superioribus & ascendentibus usque ad quartum gradum quæsitum est.

c. 1. §. hoc quoq;. de success. feud. 1. F 8.

In effectu feudum antiquum & paternum non differunt, sed sub antiquo feudo plures continentur personæ, quàm sub feudo paterno.

c. 1. §. hoc quoq;. de success. feu. 1 F. 8. c. 1. §. his verò deficientibus. de success. fratr. 2. F. 11.

Feuda nova ab antiquis hoc modo differunt. 1. in feudo novo succedunt solum descendentes, non etiam collaterales.

Text. in c. 1. §. his verò deficientib. de success. frat. 2. F. 11. in c. 1. §. fin. de success. feud. 1. F. 8. in c. 1. §. cum verò Conradus. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. & in c. 1. §. si duo fratres. de feud. Marchiæ, Ducat. 1. F. 14.

Nisi hoc fuerit dictum, ut frater defun-

cto sine legitimo herede succedat in feudum novum. *c. 1. §. fin. de success. feudi. F. 8. c. 1. §. cum verò Conradus. 1. F. 1. c. 1. §. si duo fratres. 1. F. 14.*

Ast in antiquo seu paterno feudo etiam succedunt venientes ex latere.

Text. in c. 1. §. his verò deficientib. de success. fratr. 2. F. 11. in c. 1. §. si duo fratres. de feud. March. 1. F. 14.

2. Investitura feudi novi fit tantùm coram Paribus Curiæ, hoc est, Convasallis.

Tex. in c. 1. à prin. quid sit invest. 2. F. 2. c. 1. qui test. sint necess. ad probat. nov. invest. 2. F. 32. in c. 1. §. fin. de feud. Quard. 1. F. 2. in c. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 3. & in c. 1. §. quod autem de no. feud. 2. F. 58.

Antiqui feudi investitura fit tàm coram extraneis, quàm Paribus Curiæ, vel domus.

Tex. in c. 1. §. . si de invest. int. dom. & vasallis oriat. 1. F. 26. in c. 1. vers. de veteri. qui test. sint necessar. ad proba. invest. 2. F. 32. & in c. 1. quid sit investit. 2. F. 2. Diversitatis ratio sumitur ex . . §. . . de not. feud.

feud. 2. F. 58. ubi hæc extant verba: Iccircò Pares sunt necessarii in instrumento investituræ, & non alii, ne quid excogitetur falsitatis in perniciem Domini, aliis testibus inductis, quę non sunt suspicanda in Paribus.

In dubio feudum præsumitur potius paternum vel antiquum esse, quàm novum.

Per text. in c. 1. §. si vero Dominus. de success. fratr. 2. F. 11. ubi incumbit probatio ei, qui feudum novum esse dicit, in c. 1. à princ. si d. feud. defun. cont. fuer. int. dom. & agn. vasa. def. 2. F. 26. ubi agnati in possessione feudi, de quo quaritur, constituendi sunt, si Dominus contendat feudum, quod habuit, defunctus esse novum in c. 1. §. item placet. de investit. in marit. fact. 2. F. 15. ubi hæc ponuntur verba: Item placet agnatum non semper cogendum probare feudum hoc esse paternum, sed ab adversa parte novum esse probandum. in c. 1. §. cum autem. si de investit. feud. controv. fuer. 1. F. 4. & in c. 1. de content. int. me & domin. de port. fratr. 1. F. 12.

Titulus

TITULUS IV.

Feudum aliud proprium, aliud improprium.

HÆc distinctio feudi fundatur *in c. 1. §. fin. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. in c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48. in c. 1. de consuet. rest. feud. 2. F. 33. & in c. 1. de feud. Quar. 11. F. 2.*

Propriè feudum est, quod simpliciter, purè, directò conceditur, nulla temporis, aut servitiorum determinatione facta.

c. 1. §. pen. & ul. qui d sit invest. 2. F. 2. c. 1. de consuetud. rect. feud. 2. F. 32.

Impropriè feudum censetur, quod conditionibus vel obsequiis nominatim definitis, est alligatam.

c. 1. à pr. de not. feud. 2. F. 58. c. 1. §. fin. de Capt. qui cur. vend. 2. F. 51. c. 1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23.

Hujusmodi feudum improprium est. I. Feudum Cameræ, quod dicitur, quando certa summa vel quantitas pecuniæ annuatim ex Camera, hoc est, ærario principis:

cipis solvenda alicui conceditur, vulgò dicitur, Lehengeldt/Mangeldt/oder Cammerlehen/ Wann ein Fürst einem jährlich etliche Gulden auß der Cammer zu reichen zu einem rechten Manlehen verschreibt. Cujus fit mentio in *ca. 1. §. sciendum de feud. cognit. 2. F. 1. in c. 1. à princ. de not. Feud. 2. F. 58. in c. 1. §. si verò vasallus. quid sit investit. 2. F. 2.* Et dicitur feudum de Camera esse in curte Domini *c. 1. in fin. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5.* quia manet Domini, & peti ac exigi potest, quando Cameræ idoneæ est, hoc est, ex ea solvi potest, vel si ita evacuata sit Camera sine culpa promissoris expectandum est, donec iterum de Camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. Non enim æquum est, quem videre egêtem, quem prius habuit in conjugem vel amicum. *Ita text. in c. 1. à princi. de not. feud. 2. F. 58.*

II Est feudum de Camera, de quo *in c. 1. §. sciendum de feud. cognit. 2. F. 1. in c. 1. §. si verò vasallus. quid sit investit. 2. F. 2. & in c. 1. à princ. de not. feud. 2. F. 58.* Dicitur feudum

feudum Cavenæ, quando Princeps aliquot modios frumenti, aut amphoras vini ex Cavena annuatim præstandas, nomine feudi alteri concedit. Estq́; hoc feudum de Cavena, ejusdem naturę, cujus est feudum Cameræ, per textus modò allatos.

III. Est feudum Soldatæ, cujus meminit textus in *c. 1. vers. Soldata. quis dic. dux March. 2. F. 10. & in c. 1. ibi de annua præstatione controvers. int. Epis. & vasal. 2. F. 20.* Soldata est præstatio quædam annuæ gratuita, quæ à neutra parte transit in heredem, morte enim dantis vel accipientes interveniente finitur. Soldata verò dicitur, quia plerumq́ue in solidorum donatione consistit: quandoq; autem in vino & annona consistit. *Text. in dict. tit. 10. lib. 2. feud.*.

IV. Est feudum Guardiæ, de quo in *c. 1. de feud. Guard. & Castald. 1. F. 2. in c. 1. §. insuper de pign. dat. feud. quid jur. 1. F. 11. in c. 1. §. item si vasallus. si de investit. feud. controv. fuer. 1. F. 4. & in c. 1. in fin. de content. int. dom. & fidel. de invest. feud. 1. F. 10.*

Guardia

Guardia dicitur custodia,& Guardiani custodes , ut cum castra vel territoria custodienda tradantur. Hinc feudum Guardiæ definiri solet, quod arcis tuendæ aut territorii custodiendi gratia conceditur.

Quod feudum post annum finitum per Dominum auferri potest, etiam pretio, quod in eam rem datum est, non restituto, nisi ad certum tempus datum sit.

Tex. in c. 1. de feud. Guard. 1. F. 2. & in c. 1. § insuper de pign. feud dat. quid jur. 1. F. 11.

Castrum si possederit vasallus, quod dixerit se pro feudo tenere, & contra Dominus per Guardiam dixerit, se ei dedisse, Domini est probatio. Et si poterit probare, tunc ille, qui tenet, Domino debet restituere, vel probare per Pares Curtis, vel per breve testatum, postquam in Guardiam suscepisset, se à Domino pro feudo investituram accepisse. Domino verò in probatione deficiente, tunc illius erit defensio qui possidet.

Text. in c. 1. §. item si vasallus si de invest. feud. controvers. fuer. 1. F. 4.

V. Est

V. Est feudum Castaldiæ, cujus meminit textus in *c. 1. de feud. Quard. 1. F. 2. in c. 1. de cont. int. dom. & fidel. 1. F. 10. & in c. 1. §. insuper. de pign. feud. dat. quid jur. 1. F. 11.*

Castaldia dicitur gubernatio, quæ Domini res gubernātur: & Castaldi gubernatores vel vice Domini. *L. fin. & ibi not. C. quod cum eo. qui in alien. potest.*

Hinc feudum Castaldiæ, quod datur ratione administrationis bonorum & possessionū dominicarum. Hoc feudum exacto anno sicuti feudum Guardiæ per Dominum auferri potest, etiam precio, quod in eam rem datum est, non restituto, nisi ad certum tempus datum fuerit.

Text. in c. 1. de feud. Quard. 1. F. 2. & d. c. 1. §. insuper. 1. F. 11.

Si verò Castaldi aliquid nomine proprii feudi possederint, nō valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per Pares Curtis vel breve testatum potuerint probare, se, antequam Castaldi essent, vel postquam desierint, esse, inve-

investituram accepisse.

Text. in cap. 1 §. si verò Castaldi. de feud. Quard. 1. F. 2.

VI. Est feudum, quod pro mercede officii, Procurationis, Advocatiæ, seu etiam Cancellariatus constitutum est, de quo fit mentio in *c. de feud. Quard. 1. F. 2.* Quod feudum contra communem feudorum naturam transacto anno à Domino sola voluntate revocari potest. *d. c.* 1. 1 *F. 2.*

VII. Est feudum conditionatum, quod certum servitium adjunctum habet.

Text. in c. 1. §. præterea. quid sit invest. 2. F. 2. in c. 1. §. fin de Capitan. qui cur. vend. 2. F. 51. c. 1. in fin. in quibus caus. feud amit. videlicet, ut Vasallus in mensa serviat, uxorem Domini in templum deducat diebus festivis, eam expectet, illi serviat, & similes operas præstet. *dict* §. *præterea.*

IIX. Est feudum non jurabile, quando scilicet feudum conceditur eo pacto ut fidelitas non juretur. *c. 1. in fin. per quos fiat. invest. 2. F. 3. c. 1. à princ. de capit. Conrad.*

rad.2.F.40.ca.1.§.1 quæ fuit prim.cauſ.bene ſ amit.2.F.24. Et quamvis fides Vaſallo neque directò neque obliquè poſſit remitti, tamen remitti poteſt juramentũ fidelitatis. *dd.text.ib.*

IX Eſt feudum Francum, quod ita datum eſt Vaſallo, ut ab omnibus ſervitiis immunis ſit. *cap. ſi cui militi. text. extra ordin.* 104. Et inveſtituræ feudi franci plerunque hæc clauſula adjici ſolet: vnd dörffen vnß davon kein dienſt leiſten, &c.

X. Eſt feudum habitationum, ut quãdo alicui domus vel Caſtri habitatio conceditur in feudum: de quo *in c. feuda habitationum. tit. extraor.* 105. Quod feudum ad hæredes, niſi ſpecialiter cautum ſit, non tranſit. *d. tit.* 105.

XI. Eſt feudum alienabile, quod Vaſallus à Domino accepit, ut ipſe & ſui hæredes, & quibus dederit, illud habebant. Unde illud Vaſallus vendere vel donare vel aliter, ſi ſibi placuerit, ſine voluntate Domini alienare poterit.

Text. in c.1. de feud. non hab. propr. nat. feud.

feud.2.F.48. & in c.1.§.feudum ea Lege. Si de feud. defun. cont. fuer. int. dom. & agn. Vaſ def.2 F.26.

XII. Feudum in quo fœminæ ſuccedunt, improprium eſt, at quoad ſucceſſionis cauſam, ſiquidem fœminæ regulariter à ſucceſſione feudali arcentur.

ca.1.§.hoc autem notandum. de his qui feud.dar.poſ.1.F.1.c.1.§.filiæ. de feud. ſucceſ 1 F.8.c.1.de feud fœmin.2.F.30.c. de benef.fratr.2.F,11.

Advertes autem hîc, quod feudum in aliquo contra naturam feudalem conceſſum, in reliquis capitulis, quæ alterata non ſunt, in recta & ſimplici natura remaneat. *per text.in c.1.ibi: ut cauſis iiſdem ipſum amittat, quib. & verum feudum.de feud.non hab.prop nat.feu.2.F.48.*

In dubio præſumitur feudum datum proprium non verò improprium.

c.1 §.item ſi Vaſallus. ſi de inveſt. feud. controv. fuer.1. F.8. niſi aliter ſe rem habere dilucidè probatū fuerit à Domino. *c.1.§.prætereà quid ſit inveſt.2.F.2.* & ideo eo deficiēte in probatione, illius erit defenſio

fensio, qui possidet. *dict. §. item si Vasallus.*

Titulus V.

Feudum aliud masculinum aliud fœmineum.

Feudum aliud esse masculinum aliud fœmineum probatur *ex ca. 1. de feud. fœmin. in 2 F. 30. c. 1. de nat. success. feu. 2. F. 50.*

Masculinum feudum est, quod à masculo primum acquisitum fuit: Fœmineum, quod à fœmina primum acquisitum fuit.

Tex. in c 1. an marit. succed. vxor. in benefic. 1. F. 15.

Natura feudi fœminei ejusmodi est, ut si mulier, quæ feudum acquisivit, decedat, superstitibus sibi filiis masculis, & filiabus, masculi ipsis fœminis exclusis in feudi materni successione præferantur.

Text. in c. 1. de feud. fœmin. 2 F. 30. & in cap. 1. de eo qui sibi. vel hæred. suis. F 17.

Dicitur

Dicitur fœmineum feudum interdũ etiam maternum, quod est acquisitum à superiori fœmina, quæ est communis agnationis, vel cognationis:

Ut in c. 1. an marit. succed. uxor. 1. F. 15.

Impropriè & illud feudum fœmineũ dicitur, quod à masculo quidem est acquisitum, at cum hoc pacto, ut fœminæ succedant. Quod propriè tamen masculinum dicitur.

Arg. c. 1 de nat. success. feud. 2. F. 50. c. 1 de succes. frat. 2. F. 11 ubi Gerhardus disertè distinguit. feudum fœmineum à feudo sub pacto succedendi accepto.

In feudo verè fœmineo fœminæ non extantib. masculis succedunt, licet pacto nõ sit provisum. *l. c. 1 de feud. fœm. 2. F. 30*

Titulus VI.

Feudum aliud in Curte Domini, aliud extra Curtem.

FEudum aliud est in curte Domini aliud extra curtem.

Text. in. ca. 1. §. item si quis feudum.

quib. mod. feud. amit. 1. F. 5.

Feudũ de curte Domini dicitur, quod constat ex re pertinente ad curiam sive castrum Domini infeudantis, & qui ejusmodi feudum habet, propriè par Curiæ dicitur. Hinc Pares Curiæ dicuntur Vasalli ejusdẽ Domini, qui in eodẽ territorio, & in eadẽ Curia tenent feuda, *c. 1. à princ. si de invest. int. dom. & Vas. lis oriat. F. 1. 26.*

Feudũ extra curtẽ dicitur illud, quod Dominus ex aliis bonis, quã quę ad castrũ ipsius pertinent, in feudũ concessit.

Bona regulariter in dubio præsumũtur allodialia, non feudalia. *Per tex. in c. 1. §. inter filiam. si de feud. defunct. cont. sit. int. dom. & agn. Vasal. def. 2. F. 26. ubi dicitur si contentio est inter filiam & agnatum de beneficio, filium interim debere manere in possessione, tex. in c. 1. vers. si inter. de controv. int. masc. & fœm. 2. F. 41. fac. L. sive possidetis. 16. C. de probat.*

Ratio hujus cõclusionis hæc est, quoniam omnis res præsumitur libera. *L. si quis ædes. 39. à princ. ff. de servitu. urb. præd. L. al-*

.altius.8.C.de servit.& aqu. Res autem feudalis libera non dicitur, cum in sese servitutem quandam contineat. *cap. 1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23.* quæ regulariter non præsumitur, nisi probetur. *l. libertas. 4. ff. de stat. homin.*

Fallit tamen ista conclusio in quibusdam casibus. 1. Si in aliquo loco major pars bonorum defuncti sit feudalis, quo casu in dubio etiam reliqua bona feudalia esse creduntur, nisi contrarium probetur.

c. 1. in fin. de controv. int. masc. & fœm. 2. F. 41.

2. Fallit: Si res de qua controversia est semel fuerit feudalis, tunc enim præsumitur adhuc esse feudalis, nisi contrariũ probetur.

Text. in d. c. 1. vers. item si sit. 2. F. 41.

TITULUS VII.
Feuda nova qui concedere possint.

NOvi investitura feudi nõ ab alio rectè fit, nisi ab eo, q *legitimè* suorũ bo

norum administrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de suis reb. impeditur alienare, is nec per feudum poterit investituram facere.

Text. in c. 1. à princ. per quos fiat invest. 2. F. 3.

Hinc Minores & Pupilli de novo beneficio quem investire prohibentur, siquidem cum nondum sint legitimæ ætatis, de reb. suis quicquam alienare non valent. *t. t. C. de præd & al. reb min.* Etiamsi autoritas Tutoris, & Curatoris intervenerit consensus.

Feudum enim consistit in rebus immobilibus. *c. 1. § sciendum. de feud. cogn. 2. F. 1. c. 1. ff. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F 23.* Quarum alienatio sine decreto judicis & causæ cognitione minoribus atque Curatoribus eorum permissa non est. *d. tit. C. de præd. & aliis reb. minor. & t. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt.*

Procurator, si habet generalem administrationem, feudum novum dare nequit, quia id alienare est: Ille verò non alienationem, sed administrationem habet:

bet: Secus ſi habeat ſpecialem adminiſtrationem, quo caſu abſq; dubio infeudat, *per tex. in c. 1. §. ſed utrum per quos fiat inveſt. 2. F. 3.*

Eccleſiaſticę perſonę, quales ſunt Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Præpoſitus, feuda dare poſſunt, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit.

Text. in c. 1. à princ. de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. in c. 1. Epiſ. vel Abb. 1. F. 6. & in c. 1. de controv. int. Vaſ. & Epiſ. 2. F. 20.

Epiſcopus antiquum feudum ad ipsũ reverſum alteri de novo liberè concedere poteſt, etiam Rom. Pontifice incõſulto, ſi viderit expedire Eccleſiæ, non obſtãte juramẽto de nõ infeudãdo de novo.

Text. in c. ex parte. de feud.

Epiſcopus feudum alienatum, quod per ipſum facilè recuperare non poteſt, alicui Laico in feudũ poteſt illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudũ per Eccleſiam recognoſcat.

Tex. in d. c. ex parte verſ. alien. quoq;.

Epiſcopus ſi Vaſallum ſuum feudum alienare contingat, ipſius filium vel cõ-

ſanguineum ejuſdem feudi conſortem de ipſo inveſtire poteſt.

Textus eſt in d.c.ex parte verſ.ad hæc.

Abbatiſſa item feudum dare poteſt.

Text.in c.1.à princ.de his qui feud.dar. poſſ.1.F.1 in c.1.à princ. Epiſ.vel Abbat.1. F.6.& in c.1.à prin.qui ſucceſ.feud.dar.ten. 1.F.3. Ut & alia fœmina.*ca.1.§.fœminam. per quos fiat inveſt.2.F.3.*

Poſſunt autem Eccleſiaſticæ perſonæ non ſolũ de bonis Eccleſiæ, quando illa antiquitus infeudari ſolita ſunt, infeudare, ſed & de bonis ſuis propriis & patrimonialibus.

Text.in c.1.de cler.qui inveſt.fac.2.F.55. & in c.1. §.moribus.ſi de feud.defun.cont. fuer.int.dom.& agn.Vaſ.defun.2.F.26.

TITULUS VIII.

Qui ſucceſſores feuda dare teneantur.

SI Archiepiſcopus, Epiſcopus vel Abbas, vel Abbatiſſa inveſtituram ejus feudi, quod alius detinebat, eo tenore ali-

e alicui dederit, ut post decessum ejus qui possidet, habeat: & antè decesserit Archiepiscopus, quàm ille qui feudum possidebat: successores eorum non coguntur eam investituram facere vel confirmare, etiamsi Pares ejus Curtis adsint testes, vel breve testatum inde fiat: nisi ille qui investituram acceperit, nomine ejus in possessionem feudi missus sit eo consentiente, qui detinet. Sed si ille qui feudum possidet, prius decesserit, quàm ille qui investituram fecit: jure cogitur eam ratam habere.

Text.in c.1.qui success.feud.dar.ten.1.F.3.& in c.1.qui success.ten.1.F.9.in cap.1.§ si Dominus.quib.mod.feud.constit.poss.1.F.25.c.1.§.moribus.si de feud.defun.cont.fue.int.dom.& agn Vas.defun.2.F.26 & in c.1.de cler.qui invest.fac.2.F.35.

Laici verò iisdem modis omnibus, quib.supra diximus, si aliis investituram dederint: heredes eorum, si rationibus claruerint, omnimodò eam adimplere compelluntur. *dictis textib.*

Etiam successor clerici, si investi-

turam fecerit de ſuis bonis, omnifariam cogitur eam adimplere.

Tex. in c. 1. de cler qui inveſt. fac. 2. F. 35. & in d. c. 1. §. mor: bus. 2. F. 26.

Et ſi qua inveſtitura facta eſſe dicetur, ſemper Vaſallus debet nominare Dominum à quo inveſtitura facta dicitur.

Text. in c. 1. §. ſi qua inveſtiture. de not. feud. 2. F. 58.

Inter Dominum & Vaſallum ſi eſt cõtentio de inveſtitura ab ejus prædeceſſore facta, Pares Curiæ cognoſcunt.

Text. & notab. in c. . de contr. int. Epiſ. & Vaſal. 2. F. 20.

Titulus IX.

Quibus dari poßint feuda.

PErſonam inveſtituram accipientis non diſtinguimus, nam & ſervus inveſtiri poterit, niſi ignorantia prætendatur.

Text. in ca. 1. §. perſonam. per quos fiat inveſt. 2. F. 3.

Fœmina etiam feudum accipere poteſt.

c. 1.

c.1.§.hoc autem.de feud.succes.1 F..8.c.1. de feud.fœmin.2.F.30. licet non ſuccedat in feudum, niſi id nominatim ſit expreſſum in inveſtitura. *c.1.§.hoc autem. de his qui feud.dar.poſſ.1.F.1.ca.1.§.ult.de feud. succes.1.F.8.c.1.à princ.de ſucceſſ.frat.2.F. 11.* poteſt enim Dominus de rebus ſuis gratiam facere, cui vult. *c.1.quem.feud.ad fil.pertin.1.F.24.c.1. de inveſt. quam Tit. accep.à Sempr.2.F.13.c.1.ſi Vaſa.feu.priv. cui defen.2.F.31.*

Pupillum ſolum, ſine Tutoris autoritate, feudum acquirere poſſe communiter placuit, quia non obligatur ad juramentum, aut ad ſervitia ante pubertatem.

c.1.§.ſi minori.ſi de feud.defun. cont.ſit int.dom.& agn.Vaſ.def.2.F.26. Quod verum, ſi pupillus fari poſſet, & eſſet in eo rationis aliqualis diſcurſus. *L.pupillus. 1.ff.de acqu.rer.dom.L.contra.28.à princ. ff. de pact. L. 1. §.3.ff.de acqu. vel amit. poſſ.*

Clericos æquè ut Laicos feuda accipere poſſe probat Textus *in c.1.§.fin. de*

capit. Corrad. 2. F. 40. quod & jus Canonicum admittit. *in c. 1. ex Transmissa. cap. verum. de for. compet. c. cæterum. ca. novit de judic.*

Ecclesia item & monasterium feuda accipiunt.

c. 1. §. fin. de capit. Corrad. 2. F. 40. c. 1. §. verum quando. de stat. reg. lib. 6. ubi est casus, quòd Abbatissa seu Priorissa pro feudo, quod monasterium à Principe seu Domino seculari tenet, si non potest per procuratorem fidelitatem præstare, ipsa jurabit personaliter.

Qui verò feuda accipiunt, generali nomine dicuntur vasalli, qui in usibus Feudorum modò fideles appellantur, *ut in c. 1. § & quia vidimus. §. cum verò Conradus. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. §. si quis de manso. si de investit. feud. cōtrov. fuer. 1. F. 4. c. 1 §. item si fidelis. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. c. 1. de form. fidel. 2. F. 6. c. 1. de content. int. dom. & fidel. 1. F. 10.* sæpè milites. *c. 1. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. c. 1. qu. temp. mil. invest. pet. 2. F. 22. c. 1. si de feu. defun. cont. sit int. dom. & agn. Vas. defun.*

defun.2.F 26. nonnuquã Pares. *c.1.si de invest. int. Dom. Vas lis oriat. 1.F. 26.* & cliẽtuli. *c.1.§. et si clientulus. de alie. fact. 1.F.13. c.1. ibi: per religionem clientuli. de content. int. dom. & fidel. de invest. feud. 1. F.1°.*

Quorum conditio hæc est, ut constituentem agnoscant superiorem, & beneficum Dominum, se verò inferiores & fideles subditos.

c.1. de his qui feu. da pos. 1.F.1. c.1. quis dicat. dux, Mar. 2 F.10. c 1. de feu. March. 1. F.14 Qui à Principe de Ducatu aliquo investitus est, Dux solito more vocatur: Qui verò de Marchia: Marchio dicitur. Qui verò de aliquo Comitatu investitus est, Comes appellatur. Qui verò à Principe vel ab aliqua potestate de plebe aliqua vel plebis parte p feudũ est investit⁹, is Capitane⁹ appellatur. Qui ꝓpriè Valvasor major olim dicebatur. Qui verò à Capitaneis antiqt⁹ beneficiũ tenẽt, Valvasores sũt. Qui aũt à Valvasorib. feudũ, qđ à Capitaneis habebatur, similiter acceperit, Valvasini. i. minores Valvasores appellãtur, q antiquo quidẽ usu cõsuetu-

dinem feudi nullam habebat. Valvaſore autem ſine filio mortuo, feudū quod Valvaſori minori dederat, ad Capitaneū revertebatur.

Ita habet textus in cap. 1. quis dic. dux March. 2. Feud. 10.

TITULUS X.

In quibus rebus conſiſtat Feudum.

CONſiſtit feudum in rebus ſoli & ſolo cohærentibus, & in iis, quæ inter immobilia connumerantur.

c. 1. §. ſciendum. de feud. cognit. 2. F. 1. ca. 1. §. imprimis. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. ut ſi quis in feudum poſſidet caſtrum, vel aliam rem immobilem *c. 1. §. item ſi Vaſallus. ſi de inveſt. feud. contr. fuer. 1. F. 4.*

Inter res immobiles connumerantur fructus pendentes, modò ſingulis annis renaſcantur, ſiquidem ſolo cohærent, & ſunt pars fundi. *L. fructus pendentes. 44. ff. de rei vindic. L. ult. §. fructus. 6. ff. de his quæ in fraud. cred.*

Molen-

Molendina solo inhærentia in feudum lantur, quia pars fundi censentur.

L. cum fundus. 21. ff. de instit. & instrum. leg.

Annui reditus inter immobilia computantur, & ideò infeudari possunt.

Vulg. text. in clem. exivi. §. cumq; annui. de verb. signif. c. 1. de controv. int. Episcop. & vasal. 2 F. 20.

Panes item Civiles rebus immobilibus annumerantur, & ideò in feudum conceduntur.

L. fin. §. ult. C. de jur. dot. L. jubemus. 14. C. de SS. Eccles. Novel. 7. à princ. vers. vult enim. & Novel. 120. cap. 1. à princ. Et sunt Panes civiles, qui certo tempore dabantur his, qui tesseram, id est, certæ rei signum vel simile adferebant, qui etiam nominantur annonæ civiles. *in d. L. jubemus nulli. à princ.*

Res communis altera parte invita infeudari potest.

Tex. in c. 1. §. item sciendum. de not. feud. 2. F. 58.

Moribus receptum est, Dominum de

feudo vasalli sui, quod post mortē ipsius ad dominum reverti sperabatur, in aliū vasallum investituram facere posse: Quę investitura tunc demùm capiet effectū, cum feudum Domino aut heredi suo fuerit apertum, secus est in Ecclesiasticis personis. Et in tali investitura consensus ejus, de cujus feudo fit, exquiri non oportet.

Text. in c. 1. §. moribus. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vas. def. 2. F. 26. c. 1. qui success. ten. 1. F. 93 c. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 9. c. 1. de cleric. qui invest. t. fac. 2. F. 35. dummodò nullum præjudicium fiat ipsi vasallo viventi. *ca. 1. vers. si quis investierit. de feud. dat. in vic. Leg. Commiss. 1. F. 27.* So einer der letzte seines Namens vnd Stammes ist, kan oder mag dessen Lehen von dem Lehenherrn außgebeten, vnd einem andern die Anwartung vergünnet werden. Et dicitur hoc jus per investituram acquisitum ein Anwartung auff eines andern Lehen.

Transit autem ejusmodi spes investituræ ad heredes activè & passivè.

c. 1. qui

c. 1. qui success. feud dar. ten. 1 F. F. 13. c. 1. qui success. ten. 1 F. 9. §. sub conditione. 4. vers. ex conditionali. Institut. de verb. obligat.

Activè, ut si Dominus, qui feudum alienum in casum mortis possessoris alteri concesserat, ante possessorem debitum naturæ solverit, heres ejus investituram hanc facere, eamque omnimodò adimplere tenetur.

Vide supra tit. 7.

Passivè transit spes conditionalis investituræ ad heredes, ut si is qui sub conditione investitus fuerit, vivente possessore feudi & ante conditionis eventum decesserit, nihilominus jus ex investitura quæsitum ad heredes transit, ita ut defuncto possessore feudi Dominus heredes investiti feudum concedere obstrictus sit.

cap. 1. qui success. ten. 1. F. 9. argumen. d. §. sub conditione. Institut. de inutil. stipulat.

Res cujus alienatio prohibetur, in feudum dari non potest, nisi quis ex agnatis tuis

tis tuis rem quæ à communi parente per ſucceſſionem ad eum pervenerit, alienare voluerit: Non permittitur etiam ei alii eam vendere, niſi tibi vel alii proximiori pro æquali precio accipere volenti. Per feudum tamen cuilibet dari poteſt.

Text. in c.1. §. ſed etiam. per quos fiat inveſt. 2. F. 3.

De aliena re, vel alteri oppignorata, ſi quis ignorans inveſtitus, habet contra Dominum actionem pro evictione, ſciēs autem non niſi ſtipulatio aut pactum intervenerit, ſed in eo nulla eſt differentia, qui inveſtituram fecit, utrum ſciverit, vel ignoraverit.

Text. in c. 1. à princ. de inveſti. de re alien. fact 2. F. 8. argum. L. rem alienam. 29. ff. de contrah. emt. L. ſi fundum. 27. C. de evict. L. apud 4. §. item Labeo. 5. ff. de dol. mal. & met. except.

Nec tantum res ſeculares infeudantur, ſed etiam Eccleſiaſticæ in feudum dari poſſūt, ſi ſunt ejusmodi res, quæ antiquitus conſuetæ fuerunt infeudari.

C. 1. à

c.1. à princ. de his qui feud. dar poß. 1. F. 1. c. 1 Episc. vel Abb. 1. F. 6. c. 1. ex parte. de feud. c. ad nostram. de reb. Eccles. alien. c. si ne exceptione. 12. q. 2.

Et generaliter: Quæcumque res immobiles vel æquipollentes alienationem admittunt & hominum commercia: hæ quoque non repudiant beneficiariam concessionem.

Per c. 1. § sed etiam res. per quos fiat investit. 2. F 3.

Rebus soli in feudum concessis, omnia jura coherentia concessa intelliguntur.

Per L. in vendendo 66 L. si aquæductus. 47. L. fistulas 78. ff. de contrah. emt.

Facta concessione castri vel feudi cum jurisdictionibus, mit den Gerichten/ venit imperium mixtum, non merum.

Quia merum imperium nulli competit, nisi ei cui specialiter Lege tribuitur, vel à Principe conceditur. *L. 1. ff de offic. ejus cui mand. est jurisd.* In generali autem concessione non veniunt ea, quæ specialiter concedi debent. *L. Quæro 39. ff. de act.*

ff.de act.emt.L.si pater.12.ff. qu. in fraud. Credit.cap. in generali. 81. de Regu. juris. in 6.

Facta tamen concessione Castri cum jurisdictione omnimodâ, & merum & mixtum Imperium dicitur cōcessum, ut si princeps dicat: Wir belehnen jhn mit allen Gerichten vnd aller Oberkeit. *Argu. L.si in aliam.7 §.ultim.ff.de offic.procons.* non etiam veniunt in ejusmodi concessione Regalia, quæ Regia ac Basilica jura, & in nostra lingua Keyserliche Hochheiten vnd Reservaten / appellantur, siquidem illa cum jurisdictione nihil cōmune habent, neq; sub ea tanquam genere comprehenduntur, sed specialiter à Principe motu proprio vel ex certa scientia tribuuntur. *argu.c quod translationē.3.ibi: sine speciali mandato.de off.deleg.*

Res mobiles, & se moventes, quæ usu consumuntur ad feudi formam recipiendam ineptæ sunt.

c.1.§.sciendum.de feud.cognit.2.F.1.c.c. §.imprimis.in quib.caus.feu.amit.2.F.23.
Namq; ut res immobilis dūtaxat in feudum

dum concedatur, cujus proprietas penes dominum remaneat, usufructus autẽ in accipientem trãseat, de feudi substantia est, sine qua feudum consistere nequit. Sed proprietas rerum, quæ usu consumuntur, est penes excipientem. *not. L. si vini. 7. ie usufr. ear. rer.* namq; si usus illarum alteri concedatur, necesse est omne dominiũ in accipientem transferri, quoniam utendo hisce rebus aut alienatur proprietas, ut pecuniæ assidua permutatione: aut consumitur, ut fit in vino, frumento, oleo & id genus aliis, quorum nullus usus est, nisi in abusu, hoc est, substantiæ absumtione. *Tex. in d. l. si vini.* Ideò tales res dicuntur, quæ servando servari non possunt. *t. t. ff. de usufr. earu. rer. qu. usu consum.* Consequens inde est, precium ex feudo antiquo Vendito, redactum pro feudo non haberi, sed heredem alodii sequi: Ist nit mehr Lehen/sondern Erbe certò namq; constat, pecuniã esse rem mobilem. *L. moventium. 93. ff. de verb. signifi. L. ult. C. de constit. pecun. Novel. 22. cap 45.*

Cautio

Cautio interveniens tantum operari non poteſt, ut res mobilis contra ſubſtãtiam feudi pro re immobili habeatur: deficiente enim ſubſtantia, deficit ſubſtantiatum.

L. Julianus. 9 § ſed ſi quis rem. 3 ff. ad exhib. l. judic etiam 3 ff. 12. n. de itin. act priv.

Mobilis res propriè vocatur res inanimata, quæ ab aliis moveri poteſt, ſeipſam non movet, ut veſtis, menſa *L. à Divo. 15. ff. n venditione 2. ff. de re judicat.* Res moventes ſuo proprio motu agitãtur, ut ſunt pecora, horologia automata, quæ tamen mobilium appellatione ut plurimum comprehenduntur.

L. 1. ff. t. n. de rei vindic. L. poſſideri 3. ff. Nerva. 13. L. qui univerſas 30. ff. item quod ff. de acquir. poſſeß.

Titulus XI.

De Inveſtitura.

Modus feudi conſtituendi unicus eſt, nempe Inveſtitura, ſine qua feudum conſtitui non poteſt, ut

propria

propria natura feudi potiatur, & ad hæredes transeat.

Text. est in c. 1. à princ. quib. mod. feud. constit. poss. 1. F. 25. cujus verba sunt hæc! Sciendum est, feudum sine investitura nullo modo constitui posse, etiamsi Domino jubente quis alicujus rei nomine feudi possessionem nanciscatur & teneat: licet tamen possessionem taliter adeptam, dum vixerit, quasi feudi nomine retinere: herede ejus in hoc jure nullo modo ei succedente.

At si talis actus quispiam intercesserit, qui investituræ officio fungatur. veluti si Dominus alicui coram Curiæ dixerit: Vade in possessionem illius feudi, & teneas illum pro feudo. Licet enim non intercesserit investitura, tamen perinde est, ac si intercessisset: quia ille Domini voluntate possessionem feudi nactus est feudi nomine.

Text. in c. 1. à princ. de consuet. rect. feud. Nec obest, quod dicitur *in d. c. 1. quibus. mod. feud. constit.* feudum sine investitura acquisitum de voluntate Domini non esse rectum, nec ad heredes transire.

Namque

Namque illud secundum communem Dd. intellectum verum est, quando vasallus, qui de voluntate Domini Corporalem feudi possessioně occupavit, intra annum moritur., quo casu heredes non succedunt. Si tamen Vasallus per annum in possessione mansisset, & domino servitia de more præstitisset, tunc proprium feudi naturã induit, heredibusq; concedet. *c.1. à pr. vers. inde de cõs. rec. feu. 2. F.53.*

Modus constituendi feudi distinguitur à modis acquirendi, quia constitutio præcedit, acquisitio sequitur *ca. 1. in fin. de feud. cognit. c.1. à princ. de consuet. rect. feud.*

Acquiritur feudum 1. missione in possessionem post factam investituram abusivam.

c.1. in fin. de feud. cognit. 2. F.1. c. 1. à prin. si de invest. feud. controv. fuer. 1. F.4. cap. 1. §. si facta. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vas. def. 2. F.26. ca. 1. §. ultim. de nov. form. fidel. 2. F.7. Quæ missio dicitur propriè investitura, Belehnung oder Lehenschafft.

2. Ac-

2. Acquiritur feudum longa possessione seu præscriptione, *de qua infr. capite. 14.*

3. Acquiritur feudum successione. *c. 1. de success. feud. 1. F. 8. ca. 1. de success. frat. 2. F. 11. arg. §. fin. Instit. per quas pers. nob. acquir.* Et hoc verum est ab intestato. Ex testamento enim nulla voluntas suprema potest esse in feudo. *c. 1. à prin. de success. feud. de quo modo infr. tit. 16.*

Investituram præcedit contractus feudalis, qui est ipsa conventio, quâ jus utédi-fruendi re immobili ex benevolentia Domini constituitur ea lege, ut Vasallus eo nomine fidem & obsequium Domino exhibeat. *c. 1. de form. fidel. 2. F. 6.*

Investituram definio solemnem feudi cessionem & confirmationem.

Per tex. in c. 1. à prin. quid sit invest. 2. F. 2. c. 1. à princip. qui test. sint neceß. ad nov. invest. prob. 2. F. 32. ca. 1. vers. quid autem. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. Interdum investitura dicitur scriptura illa, quæ ad memoriã feudi concessi cõfecta est, Ein Lehenbrieff. *c. 1. §. idcirco. de notat. feud. 2.*

F. 58. c.

F.58.cap.1.qui succeß.feud dar.ten.1. F.3.
Nomen investituræ, quę alibi investitio dicta, ut in *c. 1. de usu Mediolan. 1. F. 28 & in c. 1. §. Teste. si de invest. int. dom. & vasa. lis. oriat. 1. F. 26.* deducitur ab investiendo Tropicè à vestiendo Einkleiden. Nam ut vestibus amicitur & vestitur homo, ita etiam quodammodo feudo vestitur vasallus per ejus traditionem, quia recipiens efficitur ditior, & capit gaudium ac utilitatem, cum consequatur dominium ipsius rei feudalis. *ca. 1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. §. et autem de invest. de re alie. fact. 2. F. 8.* Investire siquidem hic est inducere in possessionem. *c. 1. si de feud. vas. ab aliq. interpell. fuer. 2. F. 25. c. 1. à prin. quid sit invest. 2. F. 2. c. ex orc. de his qu. fiunt à major. part. cap. 1.*
Fit investitura aut de veteri aut de novo beneficio.
c. per quos fiat investit. 2. F. 3. c. 1. de invest. t vet. & nov. benefic.
Investituram de feudo novo vulgò interpretes Obertum secuti cõstituunt duplicem,

plicem, Abusivam seu impropriam, aut simplicem & realem seu propriam vel absolutam.

c.1. à princ. quid sit investit. 2. F. 2.

Abusiva seu impropria investitura est, quæ verbis fit, interveniéte aliquo actu corporeo citra traditionem, ut quando hasta vel aliud corporeũ quidlibet porrigitur à Domino feudi se investituram facere dicente: quæ siquidem ab illo fiat, qui alios habet vasallos, saltem coram duobus ex illis solenniter fieri debet: alioquin licet alii intersint testes, investitura minimè valeat.

Text. in c. 2. à prin. quid sit invest. 2. F. 2.

Effectus hujus investituræ hic est, quod per illam Vasallus non inducatur in veram possessionem, sed investiens præcisè obligatus sit ad traditionem vacuæ possessionis rei illius, de qua vasallus abusivè investitus est.

c. 1. à prin. si de invest. feud. controv. fue. §. 4. ibi: rectè eum qui investitus est, cogi Dominus mittere in feud. possess. c. 1. §. si ita si de feud. def. cont. sit int. dom. & agn.

vaſ.defun.2.F.26. Quod ſi differat Dominus, omnem utilitatem vaſallo præſtabit. *Text.in c.1.§.fin.de nov.form.fidel.2.F.7.* Idq; non ſolum in primo concedente, verum etiam in ejus ſucceſſore obtinet. *c.1.qui ſucceſſ.ten.1.F.3.* & *c.1.qui ſucceſſ.feud.dar.ten.1.F.9.*

Et ſi facta inveſtitura, de feudo pœniteat Dominum antequam poſſeſſionem transferat, an præſtando intereſſe liberetur? quæſitum fuit: Reſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatione Dominum poſſeſſionem feudi, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendum.

Text.in c.1.§.ſi facta, ſi de feud. defun. cont.ſit int.dom.& agn.vaſ.def.2.F.26.

Imò etiamſi de re aliena Dominus: ſive ſciens, ſive ignorans rem alienam inveſtiverit, eaque res poſtea evicta fuerit, tamen nihilominus Vaſallo tenetur, ut ei vel aliud ejusdem bonitatis ſeu quantitatis præſtet.

Text.in c.1.an apud jud.vel cur.2.F.46. & *in c.1.à princ.de inveſtit.de re alien.fact.2.F.8.*

Deinde

Deinde abuſiva inveſtitura tantæ eſt virtutis, ut per eam dicatur conceſſa & data licentia, & poteſtas apprehendendi poſſeſſionem propriâ autoritate.

arg. c. 1. à prin. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33. c. ex parte de conſuetu. §. interdum. 44. Inſtit. de rer. diviſ. L. quisquis. 28. C. de don. L. non ſtatim 8. ff. de pecul. Non enim ad hoc, ut quis nãciſcatur poſſeſſionem requiritur, ut in poſſeſſionem ducatur, ſed ſufficit ſolum, ſi Domini volũtas ab initio adſit, & eo ſciente ac tacente abuſivè inveſtitus poſſeſſionem apprehendat. *arg. L. 1. C. de acquir. poſs. L. ſi à te emero 16. ff. ſi ſervit. vindic.*

Propria inveſtitura eſt, quando traditur poſſeſſio rei beneficiatæ.

Text. in c. 1. à prin. quid ſit inveſt. 2. F. 2. Idq; multis fit modis. 1. Quãdo Vaſallus per Dominum aut ejus juſſu per aliũ ducitur in poſſeſſionem realem: Wann der Lehenman in das Lehengut geführet / vnd ein geweiſet wird. *d. princ. 2. F. 2.*

2. Si pręcedens abuſiva inveſtitura fiat in ipſo feudo vel oculis ſubjecto.

argu. L. clavibus. 74. ff. de contrah. emt. L. quod meo 18. §. si venditorem. ff. de acq. possess.

3. Si Dominus coram Paribus Curiæ, aut aliis honestis viris juberet vasallum ingredi possessionem feudi: alioquin nō solennis jussus nihil efficeret. Sic conciliabis textus *in c. 1. à princ. de consuet. rect. feud. & in c. 1. à prin. quib. mod. feu. constit.*

Effectus propriæ investituræ est, quod vasallus per eam Dominiū utile, uti vocant, consequatur, & possesio rei feudalis transferatur in ipsum vasallum, investiensq; teneatur ad patientiam: ut nimirum patiatur investitum re feudali uti frui: Hoc enim subsequitur possessionem traditam.

c. 1. §. rei autem de invest. de re alie. fact. 2. F. 8. c. 1. quid sit investit. 2. F. 2. c. 1. à prin. de consuetud. rect. feud. 2. F. 33.

Utramq; illam investiturā facit vel Dominus ipse vel procurator ejus nomine.

Textus est in c. 1. §. sed utrum. per quos fiat investit. 2. F. 3. & in c. 1. §. item sciendum. de not. feud. 2. F. 52.

Solemni-

Solemnitas investiturę feudi novi consistit in adhibitione Parium, siquidem haberi posśint.

c.1.quid sit investit. à pr.2.F.2.c.1. qui test.sint neceßar.ad probat.nov.invest.2.F.32.c.1.§.fin.de feud.Guard. c.1. qui succeß. feud.dar.ten.1.F.3.c.1.à princ.si de investi. feud.controv.fue.1.F.4.c.1.§. quod autem. de not.feud.2.F.58. Usq; adeò verò Pariũ & Convasallorum præsentia necessaria est, ut nisi illi testes adhibeantur, actus non valeat.*c 1.à princ.quid sit invest. 2.F.2.c.1.qui test.sint neceß.ad prob.* Et si Dominus unicum tantummodò Parem haberet, & ille necessariò adhiberi debet, cum alio extraneo.*arg.L.cum antiquitas 28.C.de Testam.*

Dominus omninò si Pares nõ habeat, sufficit extraneos adhibuisse, at idoneos.

c.1.§ si autem investitura.quid sit invest. 2.F.2.c.1.§.1.Si de invest.int.Dom. & vas. lis.oriat.1.F.26.c.1.§.quod autem.de cons. rect.feud.2.F.33. c.1.§.quod autem.de not. feu.2.F.58. ne probationum facultas angustetur.*arg.L.quoniã 21.in fi.C.de hære.*

Duos testes idoneos Dominum adhibere sufficit.

Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. *c.1.§.quod autem.de not f.u. 2.F.58 c.1.à pr.ibi saltem coram duob.quid sit invest.2.F.2.c.1.§.si quis.si de invest.int. dom.& vas.lis oriatur.1.F.26.l.ubi numer. 12 ff.de testib.c.pluralis.40.de reg.jur.in 6.*

Ecclesiastici feudi novi investitura indistinctè nõ attento scilicet eo, an vasallus idem Dominus habeat necnè, coram Paribus vel extraneis conferri potest.

c.1.vers.in cleric.si de invest.int.dom.& vas.lis oriat.1.F.26 Ratio diversitatis traditur in d.vers.clericorum. Quia scilicet clerici,cum quosdã de feudo investiunt, sæpè absconsè & sine præsentia suorum confratrum hoc facere student.

Antiqui feudi investitura fit tàm corã extraneis,quàm Paribus Curiæ.

c.1.§.1.si de invest.int.dom.& vas.lis oriat.1.F.26.c.1.vers.de veteri.qui test.sint necessar.ad probat.2.F.32.

Hoc modo sine scriptis perficitur investitura. In scriptis fit per instrumẽtum

publicum

publicum testimonio duorum Parium, vel solo sigillo Domini communitum.

c.1.vers.si autem.quid sit invest.2.F.2.c.1.in fin.si de feud.vas.ab aliq.interpell.fue.2.F.25.c.1.à prin.si de invest.feud.controv.fuer.1.F.4.c.inter dilectos.de fid.instrum. Nec necessariò requiritur, ut omnis investitura scriptis comprehendatur, per *c.1.quid sit invest.2.F.2.c.1.qui test.sint necessa 2.F.32.* Fiunt enim de his scripturæ, ut quod actum est, per eas facilius probari possit. *L.contrahi.4.ff.de pigno.L.pactum.17.C.de pact.L.cũ te.5.C.de transact.*

Investitura de veteri beneficio propriè dicitur Renovatio investituræ, seu recognitio feudi Wider Empfängnuß deß Lehen/quæ toties necessaria est, quoties Domini vel Vasalli persona mutatur.

c.1.à pri.qu.fuit prim.caus.benef.amit.2.F.24.c.Imperialem.§.prætereà.de prohi.feud.alien.per Frider.2.F.55.

Estque hæc investitura feudi antiqui cõfirmatio, & quasi redintegratio investituræ primitus de feudo factæ.

Fieri poteſt inveſtitura veteris beneficii, tã à minori quàm à majori. Sive autem à minori ſive à majori fiat, non de omni poſſeſſione vaſalli, ſed de juſta tantùm facta intelligitur: niſi aliud nominatim dicatur.

Text. in c. 1. à princ. per quos fiat inveſt. 2. F. 3.

Non tamen vaſallus feudum ſuum recognoſcere debet per fœminam, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primus inveſtituram fecit. Si ergò ille, qui propriũ feudum ſuum militi pro beneficio dedit, duobus filiis relictis deceſſerit, quorum unus filia tantum relicta obiit, alter verò filio maſculo relicto ſuperſtite defunctus eſt, tunc miles non debet feudum ſuum per fœminã recognoſcere, donec ſupereſt maſculus ex eo, qui primam inveſtituram fecit. *Ita eſt text. in c. 1. §. nam & illud. de eo qui ſib. vel hæred. ſuis. 2. F. 17.*

Dominus feudi ſi moriatur pluribus heredibus relictis inveſtitura petenda ab omnibus, omnibusque à vaſallo fidelitas promittenda eſt.

Text.

TITULUS XII.

De pactis feudalibus.

PRæter communem feudi rationem nonnunquam inter Dominum & Vasallum de feudo constituendo, acquirendo, & conservando, pacta seu cōventiones expressę interponi possunt.

c.1.§.præterea.quid sit investit.2.F.2. arg.L.1.L.inter.42.L.divisionis.45 ff. de pact. modò illa pacta non sint in usibus feudorum prohibita vel alioquin impossibilia de jure vel de facto, nec probrosa, nec inhonesta, *c.1.vers.honestum.de form. fidel.2.F.6.§.si impossibilis.11.§.quod turpi.23.Inst.de inutil.stipulat.L.jurisgentiū 7.§.Prætor ait ff.de pact.*

Pacta verò apposita derogant naturæ Feudorum, trahuntque feuda extra naturales terminos feudi ad terminos pactorum: At feudum cui adjiciuntur, dicitur improprium.

cap.1.§.fin.de feud.March.c.1.§.fin. de success.feud.1.F.8.c.1.à prin.de frat.de nov. benef.investit.2.F.12.c.1.§.2.1.F.1.ca.1.de

F.58.cap.1.qui succeß.feud dar.ten.1.F.3.

Nomen investituræ, quę alibi investitio dicta, ut in *c.1. de usu Mediolan.1.F.28 & in c.1.§.Teste.si de invest.int.dom.& vasal.lis.oriat.1.F.26.* deducitur ab investiendo Tropicè à vestiendo Einkleiden. Nam ut vestibus amicitur & vestitur homo, ita etiam quodammodo feudo vestitur vasallus per ejus traditionem, quia recipiens efficitur ditior, & capit gaudium ac utilitatem, cum consequatur dominium ipsius rei feudalis. *ca.1.§.imprimis.in quib.caus.feud.amit.2.F.23.c.1.§.et autem de invest.de re alie.fact.2.F.8.* Investire siquidem hic est inducere in possessionem. *c.1.si de feud.vas.ab aliq.interpell.fuer.2.F.25.c.1.à prin.quid sit invest.2.F.2.c.ex orc.de his qui fiunt à major.part.cap 1.*

Fit investitura aut de veteri aut de novo beneficio.

c. .per quos fiat investit.2.F.3.c.1. de invest.de vet.& nov.benefi.

Investituram de feudo novo vulgò interpretes Obertum secuti cõstituunt duplicem,

plicem, Abuſivam ſeu impropriam, aut ſimplicem & realem ſeu propriam vel abſolutam.

c.1. à princ. quid ſit inveſtit. 2. F. 2.

Abuſiva ſeu impropria inveſtitura eſt, quæ verbis fit, interveniēte aliquo actu corporeo citra traditionem, ut quando haſta vel aliud corporeũ quidlibet porrigitur à Domino feudi ſe inveſtituram facere dicente: quæ ſiquidem ab illo fiat, qui alios habet vaſallos, ſaltem coram duobus ex illis ſolenniter fieri debet: alioquin licet alii interſint teſtes, inveſtitura minimè valeat.

Text. in c. 1. à prin. quid ſit inveſt. 2. F. 2.

Effectus hujus inveſtituræ hic eſt, quod per illam Vaſallus non inducatur in veram poſſeſsionem, ſed inveſtiens præciſè obligatus ſit ad traditionem vacuę poſſeſſionis rei illius, de qua vaſallus abuſivè inveſtitus eſt.

c. 1. à prin. ſi de inveſt. feud. controv. fue. 1. F. 4. ibi: rectè eum qui inveſtitus eſt, cogitur Dominus mittere in feud. poſſeſſ. c. 1. §. ſi facta ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agn.

vas.defun. 2. F.26. Quod si differat Dominus, omnem utilitatem vasallo prçstabit. *Text. in c. 1. §. fin. de nov. form. fidel. 2. F.7.* Idq; non solum in primo concedente, verum etiam in ejus successore obtinet. *c. 1. qui success. ten. 1. F. 3. & c. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 9.*

Et si facta investitura, de feudo pœniteat Dominum antequam possessionem transferat, an præstando interesse liberetur? quæsitum fuit: Responsum est, prætermissa illa condemnatione Dominum possessionem feudi, de quo investituram fecit, tradere compellendum.

Text. in c. 1. §. si facta, si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vas. def. 2. F. 26.

Imò etiamsi de re aliena Dominus: sive sciens, sive ignorans rem alienam investiverit, eaque res postea evicta fuerit, tamen nihilominus Vasallo tenetur, ut ei vel aliud ejusdem bonitatis seu quantitatis præstet.

Text. in c. 1. an apud jud. vel cur. 2. F. 46. & in c. 1. à princ. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8.

Deinde

Deinde abusiva investitura tantæ est virtutis, ut per eam dicatur concessa & data licentia, & potestas apprehendendi possessionem propria autoritate.

arg. c. 1. à prin. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. c. ex parte de consuetu. §. interdum. 44. Instit. de rer. divis. L. quisquis. 28. C. de don. L. non statim 8. ff. de pecul. Non enim ad hoc, ut quis nãciscatur possessionem requiritur, ut in possessionem ducatur, sed sufficit solum; si Domini volũtas ab initio adsit, & eo sciente ac tacente abusivè investitus possessionem apprehendat. *arg. L. 1. C. de acquir. poss. L. si à te emero 16. ff. si servit. vindic.*

Propria investitura est, quando traditur possessio rei beneficiatæ.

Text. in c. 1. à prin. quid sit invest. 2. F. 2. Idq; multis fit modis. 1. Quãdo Vasallus per Dominum aut ejus jussu per aliũ ducitur in possessionem realem: Wann der Lehenman in das Lehengut geführet / vnd ein geweiset wird. *d. princ. 2. F. 2.*

2. Si precedens abusiva investitura fiat in ipso feudo vel oculis subjecto.

argu. L. clavibus. 74. ff. de contrah. emt. L. quod meo 18. §. si venditorem. ff. de acq. possess.

3. Si Dominus coram Paribus Curiæ, aut aliis honestis viris juberet vasallum ingredi possessionem feudi: alioquin nõ solennis jussus nihil efficeret. Sic conciliabis textus *in c. 1. à princ. de consuet. rect. feud. & in c. 1. à prin. quib. mod. feu. constit.*

Effectus propriæ investituræ est, quod vasallus per eam Dominiũ utile, uti vocant, consequatur, & possessio rei feudalis transferatur in ipsum vasallum, investiensq́; teneatur ad patientiam: ut nimirum patiatur investitum re feudali uti frui: Hoc enim subsequitur possessionem traditam.

c. 1. §. rei autem de invest. de re alie. fact. 2. F. 8. c. 1. quid sit investit. 2. F. 2. c. 1. à prin. de consuetud. rect. feud. 2. F. 33.

Utramq́; illam investiturã facit vel Dominus ipse vel procurator ejus nomine.

Textus est in c. 1. §. sed utrum. per quos fiat investit. 2. F. 3. & in c. 1. §. item sciendum. de not. feud. 2. F. 52.

Solemni-

Solemnitas investiturę feudi novi consistit in adhibitione Parium, siquidem haberi possint.

c.1.quid sit investit. à pr. 2. F. 2. c.1. qui test. sint neceßar. ad probat. nov. invest. 2.F. 32. c.1. §. fin. de feud. Guard. c.1. qui succeß. feud. dar. ten. 1. F. 3. c.1. à princ. si de investi. feud. controv. fue. 1. F. 4. c.1. §. quod autem. de not. feud. 2. F. 58. Usq; adeò verò Pariũ & Convasallorum præsentia necessaria est, ut nisi illi testes adhibeantur, actus non valeat. *c. 1. à princ. quid sit invest. 2. F. 2. c.1. qui test. sint neceß. ad prob.* Et si Dominus unicum tantummodò Parem haberet, & ille necessariò adhiberi debet, cum alio extraneo. *arg. L. cum antiquitas 28. C. de Testam.*

Dominus omninò si Pares nõ habeat, sufficit extraneos adhibuisse, at idoneos.

c.1. § si autem investitura. quid sit invest. 2. F. 2. c.1. §. 1. Si de invest. int. Dom. & vasallis oriat. 1. F. 26. c.1. §. quod autem. de cons. rect. feud. 2. F. 33. c.1. §. quod autem. de not. feu. 2. F. 58. ne probationum facultas angustetur. *arg. L. quoniã 21. in fi. C. de hære.*

Duos testes idoneos Dominum adhibere sufficit.

Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. *c.1.§.quod autem.de not f.u. 2.F.58 c.1.à pr.ibi saltem coram duob.quid sit invest.2.F.2.c.1.§.si quis.si de invest.int. dom.& vas.lis oriatur.1.F.26.l.ubi numer. 12 ff.de testib.c.pluralis.40.de reg.jur.in 6.*

Ecclesiastici feudi novi investitura indistinctè nō attento scilicet eo, an vasallus idem Dominus habeat necnè, coram Paribus vel extraneis conferri potest.

c.1.vers.in cleric.si de invest.int.dom.& vas.lis oriat.1.F.26 Ratio diversitatis traditur in d.vers.clericorum. Quia scilicet clerici, cum quosdā de feudo investiunt, sæpè absconsè & sine præsentia suorum confratrum hoc facere student.

Antiqui feudi investitura fit tàm corā extraneis, quàm Paribus Curiæ.

c.1.§.1.si de invest.int.dom.& vas.lis oriat.1.F.26.c.1.vers.de veteri.qui test.sint necessar.ad probat.2.F.32.

Hoc modo sine scriptis perficitur investitura. In scriptis fit per instrumētum publicum

publicum teſtimonio duorum Parium, vel ſolo ſigillo Domini communitum.

c.1.verſ.ſi autem.quid ſit inveſt.2.F.2.c.1.in fin.ſi de feud.vaſ.ab aliq.interpell.fue.2.F.25.c.1.à prin.ſi de inveſt.feud.controv.fuer.1.F.4.c.inter dilectos.de fid.inſtrum.

Nec neceſſariò requiritur, ut omnis inveſtitura ſcriptis comprehendatur, per *c.1.quid ſit inveſt.2.F.2.c.1.qui teſt.ſint neceſſa.2.F.32.* Fiunt enim de his ſcripturę, ut quod actum eſt, per eas facilius probari poſſit. *L.contrahi.4.ff.de pigno.L.pactum.17.C.de pact.L.cũ te.5.C.de tranſact.*

Inveſtitura de veteri beneficio propriè dicitur Renovatio inveſtituræ, ſeu recognitio feudi Wider Empfängnuß deß Lehen/quæ toties neceſſaria eſt, quoties Domini vel Vaſalli perſona mutatur.

c.1.à pri.qu.fuit prim.cauſ.benef.amit.2.F.24.c.Imperialem.§.prætereà.de prohi.feud.alien.per Frider.2.F.55.

Eſtque hæc inveſtitura feudi antiqui cõfirmatio, & quaſi redintegratio inveſtituræ primitus de feudo factæ.

TITULUS XII.

De pactis feudalibus.

PRæter communem feudi rationem nonnunquam inter Dominum & Vasallum de feudo constituendo, acquirendo, & conservando, pacta seu cōventiones expressę interponi possunt. *c. 1. §. præterea. quid sit investit. 2. F. 2. arg. L. 1. L. inter. 42. L. divisionis. 45 ff. de pact.* modò illa pacta non sint in usibus feudorum prohibita vel alioquin impossibilia de jure vel de facto, nec probrosa, nec inhonesta, *c. 1. vers. honestum. de form. fidel. 2. F. 6. §. si impossibilis. 11. §. quod turpi. 23. Inst. de inutil. stipulat. L. jurisgentiū. 7. §. Prætor ait ff. de pact.*

Pacta verò apposita derogant naturæ Feudorum, trahuntque feuda extra naturales terminos feudi ad terminos pactorum: At feudum cui adjiciuntur, dicitur improprium.

cap. 1. §. fin. de feud. March. c. 1. §. fin. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. à prin. de frat. de nov. benef. investit. 2. F. 12. c. 1. §. 2. 1. F. 1. ca. 1. de

duob.frat à capit.investit.c.1.de feud. non hab.propr nat.feud 2 F.48.

Sic de natura Feudorum fœminæ & collaterales in feudo novo nõ succedũt.

c.1.§ filia verò.de success.feud 1.F.8.c.1. à princ.de frat.de nov.benef.invest.2.F.12.
Sed pacto effici potest, ut fœminę & collaterales succedant in feudo novo.

Unde in feudis Maxima habetur, verba concessionis sive investituræ potissimùm cõsideranda esse, atq; ex his magis, quàm ex propria ipsorũ natura de qualitate eorundem dijudicandum est.

c.1.de duob.frat. à Capitan. invest.2.F. 18.c.1.§.pen.& ult.quid sit invest.

Lex commissaria in feudis locum non habet, utputa si debitor obligaverit rem aliquam pignori creditori eo pacto, ut si ad certum tempus pecunia nõ fuisset soluta, res esset creditoris, & eã habeat pro feudo, potest debitor quandocunq; pecuniam solvendo pacto non obstante, pignus recuperare. Feudũ enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore Domini acquirendum est.

Ita est textus in c. 1 à princ. de feud. dat. in vic. L. Commiss. sr. reprob. 1. F. 27.

TITULUS XIII.

De Juramento Fidelitatis.

UTrum præcedere debeat fidelitas investituram, an investitura fidelitatem? quæsitum scio: Et sæpe responsum est, investituram debere præcedere fidelitatem. Fidelitatem autem dicimus jusjurandum, quod à Vasallo præstatur Domino.

Text. in c. 1. quid præced. deb. invest. vel fidel. 2. F. 4.

Nulla autem investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat.

c. 1. §. nulla autem. per quos fiat investit. 2 F. 3.

Jurare Vasallus sic debet fidelitatem: Ego juro ad hæc sancta Dei Evangelia, quodammodo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse Vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit Dominus, pandam

alii

alii ad ejus detrimentum, me ſciente.

Text.in c.1.qual.Vaſal.jur.deb.dom.fid. 2.F.5.

De forma verò fidelitatis, & quid quiſque Domino vel econverſo debeat, ſic invenitur in Epiſtola Philiberti Epiſcopi in decretis *cauſ.22.qu.5.c.de forma.* De forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus, hæc vobis, quæ ſequuntur, breviter ex librorum auctoritate notavi. Qui Domino ſuo fidelitatem jurat, iſta ſex ſemper in memoria habere debet, incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, poſſibile.

Incolume, videlicet ne ſit in damno Domino ſuo de corpore ſuo.

Tutum, ne ſit ei damnum de ſecreto ſuo, vel de munitionibus, per quas tutus eſſe poteſt.

Honeſtum, ut ſit ei in damnum de ſua juſtitia, vel de aliis cauſis, quæ ad honeſtatem ejus pertinere videntur.

Utile, ne ſit ei in damnum de ſuis poſſeſſionibus.

Facile vel poſſibile, ne id bonũ, quod Domi-

Text.in c.1.quo temp.mil.investit.pet.1. F.22.c.1.si plur.sint dom.vel vasal.

De consuetudine in Francia Orientali observatur, ut heredes Domini unum eligant, cui juretur nomine aliorum, & à quo investituram petat vasallus.

Idque etiam in Gallia usu firmatur.

Vasallus tamen non ad plura tenetur servitia, quàm erga defunctum tenebatur.

argu.L.ne in plures.2.ff.de exercit. act. Unde isti plures heredes, aut convenièt inter se, cui servitium sit præstandum, aut vasallus nulli præstabit.

arg.L.si cujus.13.§.æquissimum.3.ff.de usufr.& l.quotiens.34.ff.eod.

E contrariò si plures sint vasalli itidem singulis investituram petere, & jurare incumbit, sive feudum divisis inter se partibus possideant, sive pro indiviso in commune.

Tex.in c.1.§.omnes.si de feu.defun.cont. sit int.dom.& agn.vas.defun.2.F.26.& in c.1.§.præterea Ducatus.de prohib.feud.alien.per Frider.2.F.55.

De consuetudine Germaniæ plures heredes vasalli unum ex eis eligere possunt, tanquam Curatorē, vulgò ein Träger/oder Lehenträger, qui omnium nomine investituram petet & jurabit.

Petenda est investitura à Vasallo tàm in novo, quàm in antiquo feudo.

c.1.qu.fuit prim.caus.benef.amit.2.F.24 c.1.quo temp.mil.invest.pet.1.F.22.

Tempus feudi novi constituendi certum definitum non est, solet tamen Dominus diem constituendo feudo præfinire, ad quem ter legitimè admonitus Vasallus, si non accurrit, Dominus eum posteà investire non tenetur.

cap.1.qu.fuit prim.caus.benef.amit.2.F.24.

Renovatio investituræ peti debet intra annum & diem.

c.1.qu.fuit prim.caus.2.F.24 c.1 §.fin.2.F.52.c.1.§.prætereà.2.F.55.c.1.à princ.de cap.Corrad.2.F.40.

Intra quod tempus, si Vasallus investituram non petierit, privatur feudo, cū non possit de brevitate temporis excusari, qui

sari, qui annum & diem habeat, nisi justa causa intervenerit, quare non petierit.

cap. 1. quo temp. mil. investit. pet. 1. F. 22. cap. 1. qu. fuit prim. caus. benefic. amit. 2. F. 24.

Causæ excusationis justæ sunt inimicitiæ Capitales inter Dominum & Vasallũ culpa Domini vel casu incidentes, ut culpa cujus fiunt, non possit discerni.

c. 1. à princ. quo temp. mil. investit. pet. 1. F. 22.

2. Excusat mors Domini vel vasalli.

d. c. 1. 1. F. 22.

3. Excusat infantia Vasalli.

d c. 1. 1. F. 22. usque ad ætatem doli capacem. *c. 1. §. præterea. de prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. c. 1. §. si minori. si de investit. feu. contr. fuer. 2. F. 26. L. ult. C in quib. caus. non est neces. in integr. restit.* ut & Domini, qui est sine tutore, à quo investitura peti potest. *arg. l. si infanti. 18. C. de jur. deliber. L. cum quidam 17. §. si pupillus. 3. ff. de usur.*

4. Excusatur Vasallus ob justam absentiam.

Dominus ſuus facere leviter poterat, faciat ei difficile: néve id quod poſſibile erat, reddat ei impoſſibile.

Ut fidelis hæc documenta caveat justum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat id quod bonum eſt, reſtat, ut in eiſdem ſex ſupradictis conſilium & auxilium Domino ſuo fideliter præſtet: ſi beneficio dignus videri vult, & ſalvus eſſe de fidelitate, quàm juravit.

Dominus quoque fideli ſuo in his omnibus vicem reddere debet. Quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malefidus; ſicut ille, qui in eorum prævaricatione, vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit, perfidus & perjurus.

Textus eſt in cap. 1. de form. fidelitat. 2. F. 6.

Eſt & alia de novo ſuper fidelitatis juramento forma inventa: & utentium approbata conſuetudine, quę hodie ferè in omni curia videtur obtinere, hæc ſcilicet: Ego Titius juro ſuper hęc ſancta Dei

Evan-

Evangelia, quòd ab hac hora in antea usque ad ultimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi Gaio Domino meo contra omnem hominem, excepto Imperatore vel Rege. Quod verbum si rectè intelligatur, nulla quidem indiget actione, sed integram & perfectam in se continet fidelitatem: sed propter simplices & nominis significationes ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adjici solet; id est: Ego juro quod nunquam scienter ero in consilio vel facto, quod tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel quod tu recipias in personam aliquam læsionem vel injuriam vel contumeliam: vel quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, vel in antea habebis. Et si scivero vel audivero de aliquo, qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo, ut non fiat impedimentum præstabo. Et si impedimentum præstare nequivero: quàm citò potero, tibi nunciabo, & contra eũ, ut potero, auxilium meum tibi præstabo, & si contigerit te rem aliquam,

quam

quam habes vel habebis, injuſtè vel fortuito caſu amittere, eam recuperare juvabo, & recuperatam omni tempore retinere. Et ſi ſcivero, te juſtè velle aliquem offendere, & inde generaliter vel ſpecialiter fuero requiſitus, meum tibi ſicut potero præſtabo auxilium. Et ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaveris, illud ſine tua licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam: Et ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto poſtulaveris: illud tibi dabo conſiliũ, quod mihi videbitur magis expedire tibi: & nunquam ex perſona mea aliquid faciam ſcienter, quod pertineat ad tuam vel tuorũ injuriam vel contumeliam.

Ita text. in c. 1. de nov. form. fidel. 2. F. 7.

In Germania ſecundũ Udalricum Zaſiũ breve juramentũ receptum eſt, ita ut Vaſallus juret, ſe Domini utilitatem præferre, & incommoda propellere, pareréque cum Paribus in jure dicundo velle.

In quibusdam tamen Curiis etiam ſub hac forma fidelitatis juramentum præſtari ſolet:

Ich

Ich schwere dem N. N. seiner G. vnnd derselben Leibs Lehenserben / auch dero Fürstenthumb vnnd Landen / oder Graff vnd Herrschafften / Frommen / Ehr vnnd Nutz zu fürdern / Schaden zu wenden vnd warnen / nach meinem höchsten Vermögen / vnnd sonderlich wo ich erfuhre / daß J. G. etwas an Leib / Ehr / Würden / vnnd Standt / vnnd zu entgegen Ihrer Herrschafften / Landen vnd Leuten zu Abbrechnung / von jemand wolte fürgenommen werden / dasselbige seiner G. zu offenbaren / vnd mit höchstem Fleiß zu verhüten / auch sonsten getrew / gehorsam vnd gewärtig zu seyn / zu dienen vnnd alles anders zu thun / halten vnd lassen / was einem frommen / getrewen Lehenmann gegen seinem Lehenherrn nach Gewonheit vnd Rechtswegen zu thun gebühret / Als mir Gott helffe vnd sein Göttliches Wort.

Regulariter omnis Vasallus, qui investituræ particeps fieri cupit, juramentũ fidelitatis præstare tenetur: Et præstat illud vel per se vel per procuratorem speciale mandatum ad hoc habentem.

Text.

Text.in c.1 § personam per qu.fiat investit.2.F.3. & in ca.1.§.item investitura, de not.Feudor.2.F.58.

E converſo & Dominus per Procuratorem fidelitatem recipere poteſt.

Text.in c.1.§.ſed utrum, per qu.fiat investit.

Dominus ſi eſt bannitus, aut excommunicatus, tunc Vaſallus eſt à juramento fidelitatis abſolutus.

c.1.à princ.hîc finit.lex.2.F.28.

Plures ſi ſint heredes Vaſalli, omnes fidelitatem facere debent, maximè ſi indiviſum feudum habeant. Quod ſi ex diviſione feudum ad unum pervenerit, ille tantum faciet fidelitatem.

cap.1.§.omnes filii.ſi de feud.defun.controv.fuer.int.dom & agn. Vaſal. def. 2. F.26.

Poſſunt tamen omnes eligere unum, eumque conſtituere, ut communi nomine fidelitatem præſtet, dato ad id ſpeciali mandato.

Contra ſi plures ſint hæredes Domini ſufficit, ſi Vaſallus uni tantum juret.

Debe-

Debebunt ergò heredes aut filii plures defuncti unum eligere, à quo investitura petatur, & cui omnium nomine juretur.

Arg L. quod si nolit. 31. §. si plures. 5. ff. de ædil. edict.

Ætas à jurejurando immunem facit infantem & pupillum.

c. 1. §. si minori. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vasall. defun. 2. F. 26. donec annum decimum quartum intraverint. *c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frideric. 2. F. 55.* & pro impubere nec alius fidelitatem facere cogitur. *cap* 1. § *si quis. 2. F 26.*

Ecclesia si feudum accipiat, ipso jure ab hoc juramento est soluta.

c. 1. Eccles. fidel. non fac. tit. extraord. 101. Sed ejus nomine Prælatus tenetur homagium præstare Domino vel Principi.

Clerici ab aliquo feuda accipientes, ab eo juramento immunes non sunt.

c. verum. de form. comp. c. nimis. c. petitio. de jurejur. ca qui clericus. si de feud. defun.

defun. cont. sit int. dom. & agn. vas. defun. 2. F. 26.

De omnibus feudis juramentum fidelitatis præstandum est, sive modica sint, sive magna, sive directa, sive oblata. In den auffgetragenen Lehen so wol / als in den Angesetzten. Quædam tamen feuda eo pacto acquiruntur, ut sine juramento fidelitatis habeantur.

c. 1. in fin. per qu. fi. invest. 2. F 3. c. 1. §. est & alia. qu. fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24

Fidelitatem qui facere recusat, ei investitura fieri non debet.

Tex. in c. 1. § null. per quos fi. invest 2. F. 3.

In præstando verò juramento semper subintelligitur clausula, Si Vasallus potest.

c. 1. §. ad hæc. hic fi. lex. 2. F. 28. c. 1. ibi pro poße meo. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. 1. §. si quis miles. ibi: si potuerit. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21.

Domesticus & familiaris, item subditus ratione jurisdictionis, quod Domino subiicitur, & si nullũ obtineat feudũ, jurabit

jurabit nominatim, se vitam, membrũ, mentem, rectumque honorem ejus custoditurum.

Text. in c. 1. §. si verò domesticus. Qual. Vas jur. deb. 2. F. 4.

Titulus. XIV.

De præscriptione feudi.

In beneficiis, ut in cæteris contractibus, præscriptiones currere satis humanum & rationi congruum videtur.

Tit. extraord. 87. lib. 2. Feud.

Et præscriptione seu longa possessione Dominus tacitè concessisse feudum Vasallo præsumitur, ut cum quis per 30. annos rem aliquam ut feudum possederit, & inde Domino servitia præstiterit, tanquam Vasallus.

Text. in ca. 1. §. si quis. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. Vasal. defun. 2. F. 26.

Ad hoc ergo ut Vasallus feudum contra Dominum præscriptione acquirat, tria sunt necessaria.

I. Ut Vasallus rem aliquam ut feudum possederit *text. in d. §. si quis.* non ut pignus, quod feudi nomine licet per 30. annos possederit, retinere nequit. *cap. 1. à princ. de feud. dat. in vic. L. Com. reprob. 2. F. 27.*

II. Ut quis rem aliquam ut feudum per 30. annos completos possederit.

d. c. 1. §. si quis. 2. F. 26. c. 1. §. porrò. vers. præscriptione. Qual. olim pet. feud. alien. 2. F. 9.

III. Necesse est, ut possessor Domino servitium exhibuerit, quod semel saltem præstitum 30. annis sufficit.

d. c. 1. §. si quis. 2. F. 26.

Feudum alienatum à tertio nullo tépore præscribi potest.

Text. in c. 1. §. præterea. de cap. Corrad. 2. F. 40. c. 1. à princ. vers. nos autem. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. Ratio est: Quia quod ab initio non valuit, tractu temporis convalescere non debet. Emtori bonæ fidei exemto actione de precio contra venditorem competente. *d. vers. nos autem.*

TITULUS XV.

De Servitiis præstandis.

FEuda ideò adinventa sunt, vt Vasallus Domino exhibeat servitia.

ca.1.§.imprimis.in quib.caus.feud.amit.2.F.23.ca.1.§.sed non est alia.qu.fuit prin.caus.benef.amit.2.F.24.c.1.in fin. an mut.surd.vel al.imperf.2.F.36.qui finis est principalis. cap. 1. à princ. de prohib.feud. alien. per Lothar. & Frider. 2. F. 52. & 55.

Intelliguntur per servitia non tantũ militaria, de quibus in *c.1.vers. Et si contigerit.de nov.form.fidel.2.F.7.& in ca.1. à princ. hîc fin. lex. 2. F. 27.* sed etiam alia, quæ extra bellum pręstantur. *d.c.1.2.F.7. c.1.§.prætereà.quia sit investit. 2. F.2.*

Servitia Vasallus præstare tenetur, quandocunq; vocatus fuerit à Domino. *ca.1.§.licet.si de feud.defun.cont.sit int. dom.& agn.Vasal.defun.2.F.26.ca.1.§.ad hæc.hîc fin.lex.2.F.27.ca.1 §.non cogitur. an ill. qui interf.fiat.dom.2.F.37.cap.1. à princ.ibi: nam si steterit.de feud.sin.culp.*

non

non amit. 1. F. 21. ca. 1. verſ. & inde generaliter. de nov. form. fidel. 2. F. 7. Quod tamen verum eſt, niſi Dominum obſideri Vaſallus ſciret, cum nunciare poſſet, aut ingens periculum ei inſcio imminere, tunc non requiſitus adjutorium ſuum ei præbere debet.

dictis textibus.

Et ſerviet Vaſallus Domino, ſi potuerit.

Text. in c. 1. §. non cogitur. an ill. qui interf. fi-t. dom. 2. F. 37. in c. 1. §. ſed non eſt alia, qu. fu. prim. cauſ. beneſ. ami. 2. F. 24. c. 1. ibi pro poſſe meo. de nov. form. fidel. 2. F. 7. & in. c. 1. §. ad hoc. hic fin. lex. 2. F. 28.

Vaſallus vocatus ad expeditionem perſonaliter comparere non cogitur, ſed alium ſubſtituere poteſt, modò is Domino acceptabilis ſit.

c. 1. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.

Vaſallus ipſe ſi nolit venire, neque Domino acceptabilem mittere velit, tũc pro ſervitio dimidiam partem fructuum feudalium ejus anni Domino ſub-

ministrabit, & hoc ipsi concedendum esse ait textus *in d.§.firmiter.*

De jure antiquo Vasalli, qui se Dominis suis non adjungunt, Regē in expeditionē adversus hostes pergentē comitātibus in Italia 12. denarios pro singulo quoque fructuum modio: In Germania verò tertiam fructuum partem, ejus videlicet anni, quo suscipitur expeditio, pendebāt ac numerabāt. Hæc impendia hostéditias veterū barbaries appellavit.

Textus est in c.1.§.similiter.de cap. Corrad.2.F.40.

Mulier item feudum tenens Domino in propria persona servire non tenetur.

c.1.quemad.feud.ad.fil.pertin.1.F.24.

Cogitur Vasallus adjuvare Dominum contra omnes homines, & contra patrē, filium, ac fratrem.

Ita est textus in c.1.§.contra.hic fin.lex. 2.F.28.

Non tamen contra Dominum antiquiorem.

d.§.contra.

Non contra patriam.

d.§.

d.§.contra.

non contra Imperatorem, qui in omni fidelitatis Sacramento nominatim excipiendus.

Tex. in c.1.§.fin, de prohi.feud.alien.per Frider.2 F.55.

Vasallus Dominum suum juvabit, quando ille justam fovet causam.

c.1.à prin.ibi:si sciatur quod justè.hic fi. lex.2.F.28.& ca.1.vers.& si scivero te velle aliquẽ justè offendere.de nov.for.fid.2.F.7.

Quando dubitatur, utrum bellum sit justum vel injustum, Vasallus Domino itidem auxiliari debet.

c.1.à prin.hîc fi.lex.2.F.20.ibi: aut cum dubitatur.

In bello injusto, Vasallus Dominum adjuvabit ad ejus defensionem: ad offendendum verò aliũ nõ adjuvet, si vult.

c.1.à prin.ibi sed cum palàm est.hic fin. lex.2.F.28.

Dominum excõmunicatũ, vel à Rege bannitum non est obligatus Vasallus ad adjuvãdũ vel servitiũ ei p̃standũ, imò solut⁹ est interim Sacramẽto fidelitatis, ni-

ſi ab Eccleſia vel à Rege fuerit reſtitutus.

c.1.à prin.hic fin. t lex.2.F.28.

A præſtatione perſonalis ſervitii excuſat Vaſallum ætas, ut ſi eſt impubes.

c.1.§.ſi quis deceſſerit. ſi de feud. defun. content.ſit int.dom.& agn.Vaſ.defun. 2.F. 26 Alius tamen pro eo faciens ſervitium admittitur.*d.§.ſi quis deceſſerit.*

Item à ſervitio Vaſallus immunis eſt, quando Dominus ab ipſo recipit feudũ in pignus. Quod feudũ à Domino liberè detineri poteſt, fructibus non computatis in ſortem. Ita videlicet, ut quãdiu fructus illos ceperit in ſorté minimè cõputãdos, Vaſallus à ſervitio, in quo Domino pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis. *Ita text. in c.1.ext.de feud.*

TITULUS. XVI.

De ſucceſſione feudi.

SUcceſſione feudum acquiritur perinde atque inveſtitura.

c.1 de feud.ſucceſſ.1.F.8.c.1.à princ. ibi:per ſucceſſionem quoq; ſicut per inveſtiturã beneficiũ ad nos pertinet.de ſucceſ.fra. 2.F.

2.F.11.c.1.à prin.de consuet.rect.feu.2.F.33. c.1.in fi.de feud.cognit.2.F.2.

Successio alia Legis tantùm autoritate, alia Lege & facto hominis cõjunctim per testamentum defertur.

L.1.2.& 3.& l.legitimam.8.ff.de hered. petit.

Successio, q̃ ex Testamento cõtingit, in feudis locum nullum habet, quia feudum per ultimã voluntaté relinqui non potest, nec subjacet dispositioni Vasalli.

Text.in c.1.à prin.ibi: nulla ordinatione defuncti manente vel valente.de succes.feu. 1.F.8.c.1.§.donare.qual.olim.pot.feud.alie. 2.F.9.cap.1.à prin.de prohib.feud. alien.per Frider.2.F.55.

Successio ab intestato, quæ in jure Feudorũ obtinet, ab initio in feudis nulla fuit, quemadmodum supra titulo primo diximus.

Successio Descendentium.

HOdie successio est ejusmodi: Mortuo eo, qui beneficium tenebat, prima causa liberorum est.

c. à princ. de success. fratr. 2. F. 11. ca. 1. de success. feud. 1. F. 8.

Liberi hîc dicuntur filii masculi.

c. 1. §. similiter. de L. Corrad. 2. F. 34. c. 1. vers. & si clientulus de alien. 1. F. 13. ca. 1. §. his consequenter. hîc fin. lex 2. F. 28.

Sic & Heredis vocabulũ in jure feudali comprehendit solos masculos, hoc est filios & ulteriores in gradu ex primo acquirente descendentes.

Text. in c. 1. vers. & si clientulus. de alien. feud. 1. F. 13. c. 1. §. hoc quoq;. ibi: sine herede masculo. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. §. Titius ult. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. Vasal. defun. 2. F. 26. c. 1. §. similiter. de L. Corrad. 2. F. 34.

Qui tamen heredes debent esse legitimi.

c. 1. de Vasal. decrep. ætat. 1. F. 14. ibi: sine legitimo hærede. c. 1. §. cum verò Conradus. de his qui feud. dar. posses. ibi: sine legitimo herede defuncto.

Filiis ergo existentib. vel ex filio nepotibus, vel deinceps per masculinum sexum descendentib. cęteri removentur

agnati

agnati, & succedunt filii æqualiter, sive feudum sit seculare, sive Ecclesiasticum.

c.1. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. §. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. à princ. de success. fiat. 2. F. 11. in infinitum *c. 1. §. hoc quoq; eod. tit.* etiamsi pater Vasallus aliter disposuerit. *c. 1. à princ. de success. feud. 1. F. 8.*

Posthumi quoque perinde in feudis succedunt, ac si vivo patre nati fuissent, & si uxor defuncti prægnans, quæ quādiu posthumus nascitur, sperabatur, tādiu remotiores agnati non admittūtur.

Arg. c. 1. Nov. 118. L. intestato. 4. C. de suis & legit. hered. §. Quibus. 3. vers. posthumi quoq;. Inst. de her. qui ab intest. defer.

Sublatis liberis ad successionem feudi vocantur Nepotes, qui & filiorum appellatione in feudis continentur.

c. 1. §. et si clientulus. de alien. feud. 1. F. 13. l. librorum. 220. ff. de verb. signif. Nov. 118. c. 1.

Nepos cum filio relicto in locum patris sui admittitur.

ca. 1. à princ. de success. feud. cap. si quis

miles. Constit. Feud. Dom. Lothar. 1. F. 19. c. 1. à prin. de nat. succeß. feud. 2. F. 50. §. cum filius. 7. Instit. de hered. qu. ab intest. defer. Nov. 118. c. 1. vers. ita tamen.

Si plures ex defuncto filio nepotes sint, omnes cum filio superstite succedunt in stirpes, non in capita, ita ut filius dimidiam feudi partem habeat, & ex altero filio duo plurésve nepotes alteram dimidiam.

d. §. cum filius. d. Novel. 118. c. 1.

Filius adoptivus sive Civilis in feudo non succedit.

c. 1. §. adoptivus. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. Vas. defun. 2. F. 26.

Naturales item filii sive feudum sit paternum, sive maternum, in feudo non succedunt, etiamsi postea fiant legitimi nec soli, nec cum aliis.

Tex. est in c. 1 §. naturales. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn. Vas. defun. 2. F 26.

Natura surdus, mutus, cęcus, claudus vel aliter imperfectus in feudo antiquo non succedit.

c.1.§.mutus.Episcop.vel Abbat.1. F.6. c.1.an mut.surd.vel al.imperf.2. F.36. Ita tamen,ut si inopes sint,tantum eis relinquatur unde se sustinere possint.

d.§.mutus.

Monachi filii & clerici,licet feuda ab aliis benè accipiant,tamen in iis patri nō succedunt.*c.1.de feud. fœmin.2 F.30.ubi hæc habentur verba.* Ex hoc illud descendit, quod dicitur clericum nullo modo in beneficium paternum succedere,etiā si posteaquā habitum religionis assumserit postposuerit,*text.in ca.1.§ qui clericus.si de feud.defun.cont.sit int. dom. & agn.Vas.defun.2.F.26.& in ca.1.de Vasal. m.l.qui arm.bell.depos.2.F.21.* qui textus rationem adfert, dicens, à successione feudi eò excludi clericū, quod desiit esse miles seculi,qui factus est miles Christi.

Successio Ascendentium.

DEficiente linea descendente, de jure civili Ròm.secundo loco ad successionē ab intestato vocantur adscendentes venientib.à latere exclusis.

L. nam etsi. 8 ff. de inoffic. testam. Nov. 118. c. si igitur.

Sed de jure feudorum adſcendentes ad feudi ſucceſſionem non admittũtur. *Text. in ca. 1. à princ. de nat. ſucceſs. 2. F. 50.* niſi in inveſtitura ſit expreſſum, ut parentes ſuccederent. *tit. extraord. 84.*

Succeſſio Collateralium.

Circa ſucceſſionem collateralium in feudis magna eſt differentia inter feudum novum & feudũ antiquũ.

In feudo novo regulariter frater fratri nõ ſuccedit, ſed Vaſallo ſine maſculo decedente feudũ ad Dominũ revertitur. *Text. in c. 1. de benef. fratr. 1. F. 20. in c. 1. verſ. ubi verò filiam. an agn. vel fil. defun. 2. F. 45. c. 1. verſ. his verò deficientib. de ſucceſs. frat. 2. F. 11. c. 1. à princ. de fratr. de nov. benef. inveſt. 2. F. 12. c. 1. §. cum verò Conradus. de his qui feu. dar. poſ. 1. F. 1.* Quod etſi communiter acceperint, unus alteri nõ ſuccedit, niſi hoc nominatim dictũ ſit, ſc. ut uno defuncto ſine legitimo herede, alter ſuccedat: hęrede verò relicto, alter removebitur.

c.1.§. cum verò. & §. sin autem. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. §. ult. de success. feu. 1. F. 8. sed feudum ad Dominum revertitur. *c. 1. §. filia. in fin. de success. feud.* 1. *F. 8. c. 1. in fin. de feud. March. 1. F. 14. c. 1. à princ. de fratrib. de nov. benefi. invest. 2. F. 14. c. 1. de benefic. fratr. 1. F. 20.*

Si verò duo fratres in causa communi post mortem patris remanserint, id est, habitaverint simul, & unus eorum feudum acquisierit, pleriq; dicunt ad alium non pertinere, sed ad dominum, nisi per pactum. Sed neque vivente eo, qui acquisierit, neque post mortem ejus: fructus tamen erunt communes, donec simul habitaverint. Quod si cum equis & armis communibus, vel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicũt; ne fortè invitus Dominus alium, quàm quem voluerit, sibi acquirat Vasallum.

Text. in c. 1. §. si duo fratres: de fratr. de nov. benef. invest. 2. F. 12.

Recipit autem ista Conclusio plures limitationes.

I. In novo feudo frater fratri succe-

dit, si pactum speciale super hoc intercesserit.

c.1.de benef.fratr.1.F.20.c.1.à princip.de fratr.de nov.benef.invest.2.F.12.c.1.§.ult. de success.feud.1.F.8.c.1.§.si duo fratres.de feud.March.1.F.14.

II. Si frater de communibus bonis Domino sciente feudum emisset, quia tunc alteri in alterum recepta est successio.

c.1.de benef.fratr.1.F.20.

III. Fallit, si fratres in exercitu feudum acquisivissent, cum Domino in hostem procincti, sive Imperatori sive alii Domino serviatur.

c.1.de benef.fratr.in fin.1.F.20.

In feudo antiquo & paterno succedunt agnati Transversales, & inter eos primo loco succedunt fratres, si soli supersint.

c.1.§.his verò deficienti.de grad.succed.in feud.2 F.11.ca.1.de nat.success.feud.2 F.50 Ratio hæc est, quia agnati in successione feudi antiqui sunt loco descēdentium.*d.§.his verò deficientibus.*

Nec

Nec distinguitur inter fratres, utrum ex uno latere, quos fratres cōsanguineos appellamus cōjuncti sint, an ex utroquè, quoniam in feudis sola agnatio considератur, & cognatio non attenditur. Frater ergò uterinus in feudo fratri suo defuncto non succedit.

c.1.§.1.de success.fratr.2.F.11.

Filii fratris defuncti succedunt cum patruo in stirpem non in capita.

Text.in c.1.§.his verò. de success.fratr. Novell.118.c.si igitur defun.3.vers.quod si defuncto. Auth.cessante.& auth.post fratr. C.de legit.hæred

Si soli sint fratrum filii succedunt in Capita, non verò in stirpes.

vide infr.in conclus.feud.79.

Fratres & fratrum filii si deficiant, vocantur proximiores agnati.

ca.1.de success.fratr.2 F.11. qui remotiores sint gradu repelluntur. *ca.1.de nat. success.feud.2 F.50.* Isti proximiores dicuntur, qui ex illa linea sunt, ex qua defunctus Vasallus fuit, sed omnibus ex hac linea deficientibus omnes aliæ

lineæ

lineæ æqualiter vocantur.

c.1.de nat.succeß.feud.2.F.50.in fin.

Et ſuccedunt Transverſales in feudis antiquis in infinitum, quoniam in his pro deſcendentibus habentur.

d.c.1.2.F.50.c.1.§.hoc quoq;.de his qui feud dar.poß.1.F.1.c.1.à prin.ſi vaſal.feud. priv.cui defer 2.F.31.

At in feudo novo ad ſeptimum usque gradum incluſivè.

c.1.§.pen.de his qui feud.dar.poß.1.F.1. c.1.§.1.verſ.quicumq;.de feud.ſucceß.1.F. 8.c.1.§.ſatis benè.2.F.51.

Graduum computatio in jure Feudorum inſtituenda eſt ſecundum jus civile, non autem ſecundum jus Canonicum.

vid.inf.concl.feud.82.

Succeſſio Fœminarum.

FOeminæ regulariter non admittuntur ad ſucceſsionem feudalem, nec maſculi deſcendentes ex illis.

Text.in c.1.§.hoc autem.de his qui feud. dar.poß.c.1.§.ad filiam verò.de ſucceß.fra. 2.F.11.

2.F.11.c.1.§.hoc quoq; de success.feud.1.F.8. c.1.quemad.feud.ad fil.pertin.1.F.24.ca.1. an.mut.surd.vel al.imperf.2.F.36.

Fallit ista doctrina in casibus sequentibus.

I. Succedunt filiæ, similiter & earum filii, si specialiter fuerit dictum, ut ad eas feudum pertineat.

c.1.§.hoc autem.de his qui feud.dar.poss. 1.F.1.c.1.§.filia.de success.feud.1.F.8.c.1.de success.fratr.2.F.11.c.1.à princ. de nat.success.feud.2.F.50.c.1.§. quin etiam Episco. vel Abb.1.F.6.c.1.§.si duo fratres: de feud. March.1.F.14.

II. Succedunt fœminæ, si feudum sit fœmineum est maternum, hoc est, quod à fœmina primo fuerit acquisitum.

cap.1.de nat.success.feud.2.F.50.ca.1.de feud.fœmin.2.F.30.c.1.à princip. de success. fratr.2.F.11.

III. Fœmina succedit in feudo, quod ab omni servitio liberum est.

c.si cui militi.tit.extraord.104.

IV. Fœmina succedit in feudo conditionato, hoc est, quando feudum con-

cessum est ad certum servitium, quod æquè commodè & honestè per fœminam expediri potest.

c.1.à princ. tit. extraord 104.

Hisce tamen in casibus fœmina non aliter succedit, nisi masculis ejusdem familiæ legitimis omnibus defunctis, cum de natura Feudorum sit, ut fœminæ ad successionem feudalem non admittantur masculis extantibus, & sic ordine successionis, non autem simultaneo fœminæ succedunt.

Textus sunt clari in c.1. §. quinimò. Episcop. vel Abb. 1. F. 6. ca. 1. §. filia de success. feud. 1. F. 8. cap 1. de eo qui sib. vel hered. suis masc. 2. F. 17. ubi hoc axioma ext st. Non patet locus fœminis in feudi successione, donec superest masculus ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus.

Cæterum masculus natus ex linea fœminina, fœminam excludit; Ut quidam investitus fuit de feudo ea Lege, ut ad fœminas transirit, & decessit relictis duabus filiabus, quarum una filium masculum

ſculum habuit: altera filiam, quæſitum eſt, an maſculus debeat tantùm habere feudum excluſa matre & matertera?

Et reſpondet textus *in c 1. à princ. de eo qui ſib vel hered. ſuis maſc. & fœm. 2. F. 17.* maſculum debere ſuccedere. Per rationem, quia non patet locus fœminæ in ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inveſtitus.

Huic affinis eſt quæſtio: Duo fratres Titius & Sejus à Capitaneo de novo beneficio ſimul inveſtiti ſunt, eo videlicet tenore, ut quamdiu ipſi vel eorum heredes maſculi viverent, vel deficientibus maſculis fœminæ, ſi ſupereſſent, feudum haberent? Titius deceſſit relicta filia, fratre adhuc ſuperſtite, quæritur, cui portio defuncti deferenda ſit? Et ait textus *in capit. 1. de duobus fratrib. à Capitan. inveſti. 2. F. 18.* filiæ. Unusquisquè enim ſibi ſuisque heredibus videtur proſpexiſſe, & perinde eſt, ac ſingulis ſeparatim pars feudi eſſet conceſſa.

Maritus

Maritus uxori in beneficium nullo modo ſuccedit niſi ſpecialiter inveſtitus fuerit.

c.1.an marit.ſucced.uxor in benefic.1.F.15.ca.1. de inveſti. quam Tit.accep.à Sempron.2.F.13.

TITULUS XVII.

De jure quod vaſallus & Dominus in feudo habent.

JUS quod competit Vaſallo in feudum varium eſt.

Namque primo ex conceſſione feudi utile dominium, & poſſeſſionem conſequitur.

Text.in c.1. §.rei autem. & §. quamvis enim poſſeſſio.de inveſtit.in re alien.fact.2.F.8.in c.1.à princ.in quib. cauſ.feud.amit.2.F.23.

II. Vaſallus conſequitur ex inveſtitura rei vendicationẽ utilem, ut à quocumque poſſeſſore feudum vendicare poſſit.

c.1.§.rei autem.de inveſt.de re alie.fact.2.F.8.

Ex quo

Ex quo colligitur, quod Vaſallus non ſolum agere, verum etiam ſe defendere poterit.

cap.1.de controv.int.vaſal.& ali.2.F.43.

Nam & ſervitutem rei feudali debitam petere poteſt & retinere, uti vult text. in *c.1.§.rei autem de inveſt. de re alien.fact.2.F.8.*

III. Vaſallus ſubinfeudare poteſt, hoc eſt, feudum ſuum alteri in feudum concedere, noſtri dicunt Zum Afterleshen verleihen.

Text.eſt in c.1.à princip. qual. olim.pot. feud.alien.2.F.9.c.1.verſ.per feudum.per quos fiat inveſt.2.F.3.c.1.§.ſimiliter.de L. Corrad. 2.F 34.c.1.§.beneficium.ſi de feud. defun.cont.ſit int.dom. & agn. vaſ.defun. 2.F.26.c.1.§.inſuper.verſ.illud.de prohib. feud.alien.per Frider.2.F.55.

Etiam invito Domino ſubinfeudatio fieri poteſt.

per d.cap.1.qual.olim pot.feud.alien.2. F.9.

Ut autem ſubinfeudatio procedat, tria requiruntur. 1. ut bona fide fiat, hoc

hoc eſt, ſyncerè & ſine ulla fraude ac dolo.

d. c. 1. à princ. ibi: & ſine fraude. qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. c. 1. verſ. per feud. per qu. fiat inveſtit.

Alterum requiſitum eſt, ut infeudatio fiat ejusmodi perſonæ, quæ ſubinfeudāti ſit æqualis conditionis, & qualitatis, vel etiam melioris, neque minus ac ipſe præſtare poſſit equeſtria ſeu militaria ſervitia Domino directo.

c. 1. §. ſimiliter. de Leg. Corrad. 2. F. 34. c. 1. §. benefic. ſi de feu. defun. cont. ſit int. dom. & agn. vaſ. defun. 2. F. 26.

Tertio requiritur, ut ſubinfeudatio fiat eadem forma, iisdem pactis, & conditionibus, quibus ipſe ſubinfeudans feudum tenebat.

c. 1. §. profectò. de Leg. Corrad. 2. F. 34.

Quod ſi Vaſallus de feudo ſuo alium Vaſallum habuerit: & Vaſallus vaſalli Dominum Domini ſui offenderit, niſi pro ſervitio alterius Domini ſui hoc fecerit, quem ſine fraude ante habuerit, feudo ſuo privetur: & ad Dominum

ſuum

ſuum à quo ipſe tenebat, revertatur, niſi requiſitus ab eo paratus fuerit ſatisfacere majori Domino, quem offenderit, & niſi Vaſallus, idemque Dominus à Domino ſuo requiſitus, eum qui majorem Dominum offenderit, requirat, ut ſatisfaciat, ſuum feudum amittat.

Textus. in capit 1. §. inſuper. de prohibitionibus feud. alien. per Frideric. 2. F. 55.

IV. Vaſallo licet in prædio feudali pro ſua commoditate & uſu ædificare.

c. 1 §. vaſ. hîc fin lex 2. F. 28.

V. Vaſallus litem habens cum extraneo de feudo, tranſigere poteſt, modò ſyncerè & bona fide absq; fraude & dolo fiat, neque id agatur, ut prædium feudale, quod Vaſallus poſsidet, in alium transferatur.

c. 1. §. ſi vaſ. ſi de feud. defun. cont. ſit int. dom. & agn. vaſ. defun. 2. F. 26. c. 1. de contr. int. vaſ. & ali. de benef. 2. F. 43.

VI. Vaſallus feudum locare poteſt, niſi locatio eſſet fraudulenta alienatio.

c. 1. §.

c.1.§.donare.qual.olim.pot.feud.alien. 2.F.9.

VII. Vaſallus prædio feudali ſervitutem realem imponere poteſt, at quoad ſuum præjudicium, non domini.

Unde ſervitus impoſita, ſi ad Dominum feudum redierit, extinguitur.

c.1.§.quid ergò, de inveſtit. de re alien. fact.2.F.8.

VIII. Hæredes vaſalli feuda dividere poſſunt.

c.1.§.prætereà. de prohibit.feud.alien. per Frider.2.F.55. c.1.§.omnes filii. ſi de feu. defun. cont. ſit int. dom. & agn.vaſ. def.2. F.26. c.1 §. hoc quoq; de ſucceſſ.feud. Imò & adjudicari uni feudum, & alteri allodium poterit, dum viciſſim æqua compenſatio fiat. *c 1.§ omnes filii.2. F.26.*

IX. Mulier quæ de feudo inveſtita eſt, marito hoc feudum in dotem dare poteſt.

Text in c.1.de inveſtit.quam Tit.accep. à Sempron.2.F.13.c.1.à prin.de eo, qui ſib. vel heredib.ſuis.2.F.7.

X. Vaſallus Domino feudum oppignorare

gnorare potest, qui illud liberè destinet, fructibus non computatis in sortem; Ita videlicet ut quamdiu fruitus illos Dominus ceperit, in sortem minimè computandos, Vasallus à servitio, in quo Domino pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.

Ita est textus in c.1. de feud.

Jus Domini, quod in feudo habet.

DOminus postquam bona sua in Vasallum transfert, tunc dominium directum, retinet: Usufructus verò sive utile dominium illorum bonorum ad accipientem transit.

c.1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. c.1. §. rei autem. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8.

Directi dominii respectu nihil Domino per Vasalli litem decedere poterit.

c.1. si controv. int. Vasal. & ali. de benefic. 2. F. 43. cum res inter alios acta, alteri nō præjudicet. *L. Imperatores. 3. §. ult. ff. de Transaction. L. sæpè. 63. ff. de re judic.*

E

Dominus feudum vasalli sui sine ipsius consensu alienare nequit.

c.1.§.si quis fecerit.quo temp.mil.invest. pet.1.F.22.cap.1.§.ex eadem Lege.de Leg. Corrad.2.F.34.c.1.§.prætereà.de proh.bit. feud.alien.per Frider 2.F.55.

Curiam si Dominus vendidit, feudum non videtur vendidisse, nisi expresse de eo actum sit.

c.1.à princ.de Capitan.qui cur.vend.2. F.51,c.1.§.ex eadem Lege.de L.Corrad.2. F.34.

Dominus invitus alium, quam quem voluerit, Vasallum non habet.

c.1.§.si duo fratres.de fratr.de nov.benef. invest 2.F 12.

Titulus XVIII.

De Alienatione & Refutatione feudi.

ANtiquitus feuda omnia ex parte alienari potuerunt.

c.1.de alie.feud.1.F.13.c.1.§.rursus.quib.mod.feud.amit.1.F.5.c.1.§.si aliquis,

quis.1.F.18.& tit.extraord.73. Quæ tamen in curte Domini habebantur eorum alienatio prohibita fuit. *ca.1.§.item si quis. quib.mod.feud.amit* 1.F.5.

Hodie optima consuetudine interdicta feudi alienatio: Super qua multæ, & diversæ sententiæ dabantur in singulis civitatibus seu curiis, donec Imperatores Lotharius III. & Fridericus I. promulgarunt super hoc novas Constitutiones, quæ positæ sunt in lib. 2. Feud. tit. 52. & tit. 55.

Idque ideò, quia alienationes Feudorum in injuriam, & damnum Domini vergebāt, & honos Imperii minuebatur. *ca. 1. à princ. ibi: per quod vires Imperii maximè attenuatas cognovimus, de prohi. feud. alien. per Lothar. & c.1. à princ. ibi: & honos Imperii minuebatur. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.*

Adeò autem prohibita est alienatio Feudorum, ut ne quidem sine consensu Domini permissa sit vasallis ob casum necessitatis puta famis, aut æris alieni dissolvendi.

d.c.1.2.F.55. à princ. quamvis olim secus fuerit. c. 1. vers. necessitate. qual. olim pot. feud. alien. 2. F.9.

Alienationis verbum in materia Feudali latissimè accipitur, & eo continetur omnis actus per quem dominium transfertur.

L.1.C. de feud. dotal. ibi: Est autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur, veluti traditio ex causa venditionis. *d.c.1. à princ. de prohib. feud. alie. per Frider. & per Lothar. 2.F.52. & 55.*

Permutationis. *dd. tit. arg. l. permutavit. 19. ff. de liber. caus. L. permutationem. 2. C. de rer. permutat. L. apud. 4. §. Autoris. 31. ff. de dol. mal. & met. except.*

Compensationis. *d. l. permutavit. & L. in tantum. 18. ff. de liber. caus.*

Donationis. *ca. 1. §. donare. Qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. arg. l. 1. §. sed etsi. 6. ff. quand. de pecul. act. annal.*

Cessionis & dationis in solutum. *arg. L. si prædium. 4. C. de evict. L. apud. Cels. 4. §. Autoris 31. ff. de dol. mal. & met. except. L. ult. ff. quib. ex caus. in poss. eat.*

Dationis

Dationis in dotem vel propter nuptias. *c.1.§.donare.qual.olim pot.feud.alie. 2.F.9.*

Emphyteuseos. *d.c.1.§.donare.vers. quis enim dubitat.& c.1.à princ.ibi:nomine libelli.de prohibi.feud.alien.per Frider. 2.F.55.*

Ususfructus. *Arg.L.ult.C.de reb.alien. non alien.L.si pecunia 3.§.nec ususfructus. 5.ff.de reb.eor.qui.sub tut.*

Pignoris. *c.1.à prin.de prohib.feud.alie. per Frider.2.F.55.*

Nec pignus, quod consultum dicitur fieri potest ex feudo.

c.1.§.fin.de investit.de re alien.fact.2. F.8.

Alienáre tamen licet feudum ea Lege datum, ut ipse & sui heredes, & cui ipse dederit, habeant.

c.1.de feud.non hab.propr.nat.feud.2. F.48.

Deinde feudum antiquum cum consensu Domini alienari potest.

c. .§.profecto.Quid jur.si post alie.feud. recup.2.F.44.

Quæ tamen alienatio agnatis, ad quos feudum quandoquè esset reversurũ non præjudicat. Mortuo ergò alienante, illud ab ipsis agnatis revocari potest.

c. 1. à prin. de alien. feud. pat. 2. F. 39.

Tertiò alienatio feudi inconsulto Domino permittitur, si fiat in proximum agnatum, alioquin in id jure sanguinis successurum, cum non tàm alienatio, quàm refutatio quædam censeatur.

Text. in c. 1. à prin. de alien. feud. pat. 2. F. 39 & in c. 1. §. si verò cum Domini, de alie. feud. 1. F. 13.

Cæterùm alienatio non dicitur, postquam est retenta possesio.

c. 1. §. callidis. ibi: & in alios transferunt. de probib. feud. alienat. per Frideric. 2. F. 55.
Propriè enim res alienata dicitur, si traditio verè secuta sit. *L. alienatum. 67. ff. de verb. sign.*

Refutatio Feudi.

Refutatio feudi est professio Vasalli dicentis se Vasallum amplius esse nolle.

c. 1. &

c. 1. & ibi not. de vasal. qui cont. constit. Lothar. 2. F. 38. & c. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2 F. 49.

Regulariter quilibet Vasallus feudum suum refutare potest, Die Lehen auffschreiben/ etiam invito Domino.

Tex. in c. 1. ibi: etiam sine domini voluntate. de vasall. qui cont. constit. Lothar. 2. F. 31. instar fructuarii, qui pro lubitu usufructu abire potest. *L. cum fructuar. paratus 64. L. si absente 48. à prin. ff. de usufr.*

Feudum Vasallus refutat descendentibus, & filiis suis, & tunc Dominus eos investire obnoxius est, sive feudum novum sit, sive antiquum, quoniam descẽdentes in utroque feudo succedunt.

c. 1. de vasall. decrep. ætat. 2. F. 14.

Agnato item proximiori descendenti ab eo, qui primus feudum acquisivit, vasallus rectè refutat feudum.

c. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2. F. 49. c. 1. de alien. feud. pat. 2. F. 39.

Domino denique refutatio feudi fieri potest. Quæ tamen refutatio intẽpestivè facienda nõ est, ut cũ Dominus est in pro

cinctu belli, & vasallus ad detrectandas operas, refutationem intempestivè facit.

arg. l. cum fructuarius. 64. ff. de usufr.

Filius patris aut ascendentium hereditatem ac feudum sive novum sit, sive antiquum, simul agnoscere vel simul repudiare cogitur: Utrumque si agnoscat, ad onera hereditaria tenetur.

c. 1. an agn. vel fil. 2. F. 45.

Agnatus si defuncti heres universalis est, ejus hereditatem repudiare, feudum verò, si est antiquum, retinere potest. Unde saltem debitum tenetur solvere de fructibus ejus anni, quo mortuus est vasallus.

d. c. 1. an agn. vel fil. 2. F. 45.

Si quis feudum ideò refutat, ut alius investiretur, is omni spe successionis feudalis excluditur.

c. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2. F. 49.

Post refutationem feudi Vasallus ad servitia non tenetur, Domino tamen cavere debet, quod eum nunquam sit offensurus: Imò etiamsi non caveat, contra Do-

tra Dominum moliri nihil debet, idque propter memoriã præcedentis beneficii.

c.1.in fin.de vasal. qui cont. Constit. Lothar.2.F.38.

Refutatio feudi non mutat qualitatem feudi antiqui, ut fiat per eam novum.

c.1 de vasal.decrep.ætat.2.F.14.in fin.

Refutatio non porrigitur, nisi ad personas in investitura expressas.

c.1.de eo qui fin.fec. agn. de feud.pat.2.F 49.

Durat refutatio feudi tantum usq; ad vitam refutantis. Quo mortuo feudum ad liberos vel agnatos iterum devolvitur, per regulam tritam & vulgarem, quę docet: Quod resoluto jure dantis, resolvatur jus accipientis.

c.1.§.rursus.quib:mod.feud.amit.1.F.5. L.lex vectigalis 31.ff. de pignorib.

TITULUS XIX.

De Revocatione Feudi.

QUando alienatio feudi legitimè facta fuit, hoc est, adhibito consensu

Domini, tunc alienatio firma manet usque ad mortem alienantis. Quo mortuo competit revocatio feudi iis, ad quos beneficium, quandoque reversurum est.

Text. in cap. 1. §. Titius si de feud. defun. cont. sit int. dom & agn. vas. defun. 2. F. 26. c. 1. à prin. de alie. feud. pat. 2. F. 39.

Secus quando alienatio non fit Domino consentiente, tunc nihil prorsus valeret alienatio.

Text. in c. 1. in fin. de prohib. feud. aliena. per Lothar. & per Frideric. 2. F. 52. & 55. & statim in vita alienantis revocatio fieri potest.

Filii in revocatione feudi cum consensu Domini alienati omnib. agnatis præferuntur.

c. 1. §. Titius. ibi: quod si Titius filios proprios haberet. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vas. defun. 2. F. 26.

Vasallus si culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neq; filii, neq; ejus descendentes ad id feudum revocabūtur, sed agnati qui quarto sunt gradu; dummodo ad eos pertineat.

Ita

Ita est text. in c. 1. §. si vasa. culpam. si de feud. def. cont. sit int. dom. & agn. vas. 2. F. 26. & in c. 1. ibi: fil. tamen ad id nullatenus aspirabit. si vasall. feu. priv. cui def. 2. F. 31.

Mortuo alienatore sine herede masculo ad revocationem feudi licitè alienati admittuntur agnati, qui in feudo quandoque successuri erant, si non fuisset alienatum, ita ut proximiores revocare volentes ulteriores non admittantur.

c. 1. à princ. de alien. feud. pat. 2. F. 39. c. 1. §. Titius. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vas. def. 2. F. 26. ca. 1. §. hoc quoq; de success. feud. 1. F. 8.

Quo tamen casu precium emtori refundere non tenentur. *per textum in d. c. 1. §. Titi. 2. F. 26.* At emtor fructus, quos durante vita alienantis percepit, suos facit, nec tenetur restituere. *d. capit. 1. §. Titius.*

Non autem feudum alienatum semper à proximiori agnato revocari potest. Nā qui vasallo alienanti consentit, feudū m revocare nequit.

Competit pro revocatione feudi alienati rei vindicatio.

c.1.an apud jud.vel cur.2. F.46.c.si alter.tit.extraord 83.

TITULUS XX.

Quibus modis feudum amittatur.

FEudum Vasallo absque culpa adimi non posse, juris est indubitati.

Textus in c.1.de feud.non amit.sin.culp.1.F.21.& in c.1.à princ,de nat.feud.1.F.7.

Culpa in jure Feudorum felonia vocatur.

Ut in ca.1.§.domino committente Feloniam.si de feud.defun.cont.sit int.dom.& agn.vas.def.2.F.26.ca.1.qual.dom.propr.feud.priv.2.F.47 ca.1.de vasall.qui cont.constit.Lothar.2.F.38.

Incuria vel negligentia præsertim crassa & supina in feudali materia culpæ annumerari solet.

Textus in c.Imperialem.§.prætereà.de

prohib.feud.alien.per Frider.2.F.55.ca:1.à prin.qu.fuit prim.cau.benef.amit.2.F.24.

Lubrica verò disputatio est de privatione Feudorum ob commissam Feloniam, ut rectè Obertus ab Orto ad Anselmum filium rescribens, dixerit! Memineris verò causas illas, quibus beneficium amittatur, sub aliqua certa regula aut definitione rotunda non posse comprehendi. Nam sicut de probationibus in Digestis scriptum reperimus, sic & de his causis sine calumnia dicere possumus Si quis enim dixerit, quæ causæ, quemadmodum alicui Domino ad ingratitudinem alicujus Vasalli probandam possint sufficere, nullo certo modo posse definiri, nihil erraverit. De illa tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur. Non enim ad hoc sufficit omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii videtur ingratus, sed sunt quædam (ut ita dixerim) egregiæ ingratitudinis causæ, quibus beneficium secundum mores Curiarum adimi solet. Quomodo autem Vasallus,

quam

quàm humiliter, quàm devotè, quã benignè, quã fideliter erga Dominũ se habere debeat, potiùs ex naturalib. & bonis Curiarum consuetudinibus potest percipi, quã Lege aut scripto aliquo possit comprehendi. *Hæc Obertus in cap.1.in quib.caus.feud.amit.2.F.23.*

Sic & *in c. 1.qu.fu.prim. caus. benef. amit.2.F.24.* prædictis modis (inquit) beneficiũ debere amitti, tã naturalis, quã civilis ratio suadet: Quæ potest colligi, si quis novam constitutioné justas exheredationis causas enumerantem, & alias constitutiones veteres, justas ingratitudinis & repudii causas, quib. matrimonia rectè contracta solvuntur, & donationes jure perfectæ revocãtur, subtiliter scrutatus fuerit. Sed quia natura novas deꝑperat edere formas, potest multis modis cõtingere, ut aliæ emergant causæ, quib. videatur justè adimi posse feudum.

Ideoq; judex solers & discretus, & æquitati obsecundare sollicitus, cuncta subtiliter dispésãs, ꝓvideat, si qua fuerit anti-

antiquioribus causis similis aut major, ut proinde sciat, utrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum.

Hactenus auctoris verba adscripsimus, ut videas, quantum vim æquitas habeat etiã in cõsuetudinario militiarum iure.

Grave autem esse debet delictum Vasalli, propter quod feudum amittat, uti habet *text. in ca. 1. §. deniq3. qu. fuit prim. cauf. benefi. amit. 2. F. 24.*

Culpæ, propter quas feudum amittitur, in usibus Feudorum reperiuntur istæ.

I. Si Vasallus Dominum non mortuum, neque mortiferè vulneratum in prælio relinquens aufugiat.

c. 1. à princ. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. & tit. 17. c. 1. §. item qui. qu fuit prim. cauf. benef. amit. 2. F. 24. ca. 1. §. si quis miles. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. c. 1. quot test. sint necessar. 2. F. 57.

Cujus ratio ea est, quia Vasallus deserendo Dominum, facit contra juramentum fidelitatis, quo juravit Dominum

cutum

tutum & incolumen adjuvare.

c.1.de nov.form.fidel.2.F.7.

II. Si à morte Dominum liberare potuerit & non fecerit.

ca.1.§.si à morte. De alien.feud.pat.2. F.39.

III. Si Vasallus in prælio maneat, sed auxilio & pugna abstinet.

c.1.§.si quis miles.in fin. de feud.sin. culp.non amit.1.F.21.cap.1.in fin.de form. fidel.2.F.6.

IV. Si Vasallus Dominum vel castrum Domini assilierit, sciens Dominum vel Dominam ibi esse.

c.1.§.similiter.quib.mod.feud.amitt.1. F.5.& 1.F.17.c.1.§.porrò.qu.fuit prim.caus. benef.amit.2.F.24.c.1.quot test.sint neceß. 2.F.57.Consti.Henric.II.de caus.amit.feu. lib.5.F.ibi: ipsum Dominum suámve Dominam obsederit.

V. Si munitiones Domini hostibus tradat.

c.1.ibi: de munitioni.de form.fidel.cum seq.sive ad eas occupandas illis ope consilioève adsit.dd.titt.

VI. Si

VI. Si secreta Domini dolo & animo adficiendi dominum damno manifestet, quamvis effectu subsecutū nullū fuerit

c.1.quib.mod.feud.amit.1.F.17 ca.1, de form.fidelit.cum cap.seq.

VII. Si Vasallus requisitus servitia, ob quæ feudum concessum est, facere recusaverit.

c.1.§.non est alia.qu.fuit prim.caus.benef.amit.2.F 24 c.1 §.licet.si de feu.defun. cont.sit int.dom.& agn.Vas.defun.2.F.26. c.1.§.ad hec.hic fin.lex.2.F.28.

Licet autem Vasallus Domino servitiū non offerat, quantocumq; tempore steterit (dūmodo Domino petēti servire paratus sit) beneficiū non amittit. Si tamen sciat ei magnū periculū imminere: ultro adjutorium suum ei debet præbere. *Text.in d.c.1.§.licet.2.F.26.*

Aliud est, si fortè ideò Vasallus non servierit, quia non potuerit, tunc enim feudum non amittit.

c.1.§.sed non est alia.qu.fu.prim.caus. benef.amit.2.F.24.c.1.§.nō cogitur.an ill. qui interf.frat.do.2.F.37.c.1.ibi pro posse mea

meo. de nov form. fidel. 2. F. 7.

IIX. Si Vaſallus de feudo novo abuſivè inveſtitus à Domino realem inveſtituram pollicente, ad præſtandum fidelitatis juramentum tribus vicibus requiſitus fuerit, & jurare noluerit, beneficio privabitur.

c.1. §. eſt & alia ingratitudo qu. fu pri. cauſ. benef. amit. 2 F. 24.

IX. Quando Vaſallus non petit inveſtituram feudi antiqui intra annum & diem, cadit feudo.

c.1. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Frider. 2 F. 55. c.1. à princ. quo temp. mil. inveſt. pet. 1. F. 22. ca. 1. à princ. qu. fuit prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24. c.1. de Leg. Corra. 2. F. 40. c.1. §. quoniam. de prohib. feud. alie. per Lothar. 2. F. 52.

X. Si Dominus vocârit Vaſallum ob aliquod delictum perpetuum, per quod feudũ amittere debeat, & hic nõ reſpondeat, tunc ad Curiam vocari debet, & ſi non venerit, iterũ is debet vocari, uſq; in ſpacio tertio ſeptem vel decẽ dierũ arbitrium ejuſdẽ Curiæ terminãdo. Quod

ſi

ſi neque venerit ad tertiam vocationem hoc ipſo feudum amittat, & ideò debet Curia Dominum mittere in poſſeſſioné. Sed ſi intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſſio alioqui & beneficium & poſſeſſionem amittit.

Text. in c. 1. de mil. Vaſal. qui contum. 2. F. 22.

XI. Si ſubvaſallum, filios, cæteroſque ſuos domeſticos, excepta uxore dominũ injuſtè & graviter offendentes ad ſatisfaciendum Domino ſiſtere, aut à ſe ſeparare noluerit.

c. 1. §. inſuper. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.

XII. Si Domino juſtitiam facere neglexit.

ca. 1. §. illud tamen. Quæ fu. prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24.

Quod verum eſt, ſi Vaſallus requiſitus ſuper cauſa feudali recuſaſſet exhibere juſtitiam Domino.

XIII. Si impias manus in perſonam Domini ubicumque Vaſallus ingeſſerit, vel alias graves vel inhoneſtas injurias ei intulerit.

c. 1.

cap.1.§.porrò Qu.fuit prim cauſ.benef. amit.2.F.24.

XIV. Si inſidias Domini dolo vel negligentiâ ſuâ vel fraude celaverit.

c.1.§.prætereà.Qu fu.prim.cauſ.benef. amit.2.F.24.c.1.§.ad hoc.hic fin.lex.incip. de jud.2.F.28.c.1.à princ.quot teſt.ſint neceſſ.ad prob.2.F.57.

XV. Si inhoneſtis factis atque indecentibus machinationibus Dominum offenderit.

princ.c.1.quot teſt.ſunt neceſſ.ad prob. feud.ingratitud.2.F.57.

XVI. Si Vaſallus vitæ Domini veneno, vel gladio, vel aliter inſidiatus fuerit.

d.c.1.§.porrò.ſive per alios horum aliquid fieri curaverit.c.1.de form.fidel cum ca.ſeq.l.1 §.defenſio.ff de vi & vi arm.L. qui juſſu.18.ff.de reg.jur.c.qui facit per alium.eod.in 6.

XVII. Si delator Domini extiterit,& per eam delationem grave diſpendium eum ſuſtinere fecerit.

cap.1.§.item ſi delator.Qu.fu.prim. cauſ.

cauſ. benef. amit. 2 F. 24.

XVIII. Si Vaſallus fuerit in cõſilio, quod Dominus amittat vitam, vel recipiat aliquam læſionem in perſonam, vel injuriam vel contumeliam.

cap. 1. verſ. ego juro. de nov. form. fidel. 2. F. 7.

XIX. Si Dominum accuſaverit.

c. 1. §. ſimiliter. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33. d. c. 1. §. porro. 2. F. 24.

XX. Si Teſtimonium contra Dominum dicat.

d. c. 1 §. ſimiliter. 2 F. 33.

XXI. Si Advocationem præſtiterit contra Dominum ſuum.

Arg. c. ult. de poſtul. & c. 1. §. item ſi delator. Qu. fu. prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24.

XXII. Si feudum vel feudi partem cõditionémve ejus ex certâ ſcientiâ inficiatus & inde convictus fuerit.

ca. 1. §. Vaſallus ſi feudum. ſi de feud. defun. cont. ſit int. dom. & agn. Vaſ. defun. 2. F. 26. & c. 1. §. ult. de Leg. Corrad. 2. F. 34. Et intellige hoc procedere, quando Vaſallus

lus feudum negat sciens per dolum vel latam culpam, alioquin ex negatione, si justas habeat vel inficiandi vel dubitandi rationes non privaretur. *dd. textib.*

Si partem feudi Vasallus negat, cadit tantum parte.

per text. in c. 1. de Vasal. qui cont. Constit. Lothar. 2. F. 38 & in c. 1. §. illud enim. Qu. fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24.

XXIII. Si cum inimicis Domini suas copulaverit amicitias, atque in aliis sic versatus est, ut potiùs inimicus, quàm fidelis esse credatur.

c. 1. à princ quot test. sint necess. ad prob. feud. ingrat. 2. F. 57.

XXIV. Si Vasallus Dominum cucurbitaverit, id est, cum uxore ejus concubuerit, vel concumbere se exercuerit, aut cum eâ turpiter luserit.

cap. 1. §. item si fidelis quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. & titul. 17. cap. 1. in fin. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. cap. 1. §. rursus. Qu. fuit prim. caus. benefic. amit. 2. F. 24. cap. 1. de Vasal. qui contr. Constitut. Lothar, 2. F. 38. cap. 1. quot test. sint necessar.

ad

adprob.ingrat.2.F.57. Quod tamen verũ si concubuerit cum uxore Domini sui Domino vivente.*cap.1.§.si quis miles. de feud sin.culp non amit.1.F.21.*

XXV. Si cum filia aut nepte ex filio, aut cum nupta filio, aut cum sorore Domini concubuerit.

Hæc ita obtinent, si in domo Domini maneat. *d.§.Item si fidelis.1.F.5.*

XXVI. Si rescivit aliquem contra Dominum suum, assultum, mortem, captionem, aut patrimonii grandem jacturam facere molientem, & quàm citiùs potuerit de eo certiorem Dominum reddere omiserit.

c.1.ibi & si scivero.de nov.form.fidel. 2. F.7 ca.1.§.prætereà.Qu.fu.prim.caus.benef.amit.2.F.24.c.1.§.adhæc.hîc fin.lex.2. F.28.

XXVII. Si à morte Vasallus Dominum liberare potuerit, & non fecerit, beneficio carebit.

Text.in ca.1.§.si à morte. de alien feud. pat.2.F.39.

XXVIII. Si Dominum injustè carceri

ceri inclusum vel aliter detentum, cum potuit, non liberavit.

c.1.§.item si delator. Qu.fu.prim.caus. benef.amit.2.F.24 c.1.§.fin.de alien.feud. pat.2.F.39.c.1.§.licet.si de feu.defun. cont. sit int. dom. & agn.Vas.defun.2. F.26.

XXIX. Si infra legitimum tempus investituram non petat.

c.1.qu.temp.mil.invest.pet.1.F.22.c.1.à princ.Qu.fuit prim caus. benef. amit. 2. F. 24.c.1 §.ult.de prohib feud.alien.per Lothar.2.F.52 c.1.§.præterea.de prohib.feud. alien.per Frider.2.F.55

XXX. Si fratrem suum vel nepotem ex fratre interimat, hoc est, filium fratris.

ca.1 §.fin.Qu.fu.prim.caus.benef.amit. 2.F.24.c.1.§.item si fratrem.quib.mod.feu. amit.1.F.5.c.1.an ill.qui interf.fratr.dom. 2.F.37.c.1.§.similiter.quib.mod.feud amit. 1.F.5.

XXXI. Si parricidii crimen committat.

c.1.§.ult.Qu.fuit prim.caus.benef.ami. 2.F.24.

XXXII. Si habitum religionis assumat, vel efficiatur clericus.

c.1.§.qui clericus si de feud.defun. cont. sit int.dom & agn.Vas.defun.2.F.26.c.1.de feud.fœmi.2.F.30.c.1.de mil.Vas.qui arm. bell.depps.2.F.21 Non enim beneficium ad eum pertinet, qui non debet gerere officium.*d.c.1 2.F.21.*

XXXIII. Si feudum irrequisito Domino alienat in extraneum, licet posteà recuperaverit.

c.1.quid jur.si Vasal.post alien.2.F.44 c.1.à princ.de prohib.feud.alien.per Loth. & per Frider.2.F.52.& 55.

Et si totum alienat, perdat totum, sin partem perdat partem.*c.1.de Vas.qui con. Const.Lothar 2.F.38.*

XXXIV. Quando feudo abutitur, illudq; deteriorat, Vasallus feudũ perdit.

cap.1.§.quicunq; advocatiam. de pac. ten.2.F.27.ca.1.§.quid ergo & è contrario. vers.meliorem.de invest.de re al.fact.2.F.8.

Non aliter verò Vasallus feudo privari potest ob culpam commissam, quã si dolum malum commiserit.

c.1.§.aut si libellario.ibi: vel dolo hoc egerit.quib.mod.feud.amit.1.F.5.

Inde animadvertes hîc, quod omne delictum à Vasallo ignorante commissum eum ab amissione feudi excuset.

c.1.qual.jur.debeat Vas.do.2.F.5.c.1.§.si Vasallus culpam.& §.seq.si de feud. defun. cont.sit int.dom.& agn.Vas.defun.2.F.26. c.1.de controv.int.dom.& emt.feu.2.F.42.

Ob violationem fidei & perjurium feudum non amittitur.

ca.1.§.illud enim. Qu.fu.prim.caus.benef.amit.2.F.24.c.1.§.Vasallus.2.F.26.

Sic si Dominus incidit in perjurium, & Vasallus eum liberare potuerit, nec fecerit, feudo privandus non est.

Text.in c.1.§.si à morte.de alie.feud.patern.2.F.39.& in c.1.§. licet Vasallus. vers. inde quæsitum est.2.F.26.

Non enim æs alienum, ad quod Dominus medio juramento obligatus est, solvere tenetur. *d.c.1.§.licet.2.26.*

Filius Vasalli vivente patre in Dominum delinqués patre mortuo à feudo non arcetur.

c.1.§.filius.de Capitan.qui Cur.vendi. 2.F.51.c.1.§.insuper.de prohib.feud.alien. per Frider.2.F.55.

Conatus nihil obest, si injuria nullum effectum habuerit.

c.1.§.si voluerit.de Capit.qui Cur.ven. 2.F.51.

Vasallus habens feudum à plurib. si delinquat cõtra unũ, ꝑ parte feudo cadit.

Text.in ca.1.de Vasal.qui contr.Constit. Lothar.2 F.28.

Culpa unius ex coheredibus cæteris non præjudicat.

c.cum feudum,tit.78.

Adventus tamen hîc, ubicumq; Vasallus ex delicto feudum perdit, processum judicii & privationis sẽtẽtiã req̃ri.

Text.in c.1.de feud.sin.culp.non amit.1. F.21.in c.1.§.f.quo temp.mil.invest.pet.1. F.22.c.1.§.quicumq; advocatiam.de pac. ten.2.F.27.c.1.§.ut autem æquitas.de prohib.feud.alie.per Lothar.2.F.52.ca.1.quot test.sint.neces.ad prob.ingrat.feud.2.F.57. Constit.Henr.II.de caus.amit.feud.lib.5. ibi: Parium laudatione beneficiũ amittat.

Dominus

Dominus feudi ex iisdem culpis, quibus Vasallus feudo privatur, suâ proprietate privari debet.

Text. est in ca. 1. Qual. dom. propr. feud. priv. 2. F. 47.

Ratio est, quia Dominus & Vasallus Correlativa sunt, & ad paria judicantur.

Et si Dominus commiserit feloniam, per quam Vasallus amitteret feudũ, proprietas feudi ad Vasallũ pertinet, sive in Vasallum sive in alium peccaverit.

ca. 1. §. Domino committente. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. Vas. defun. 2. F. 26.

TITULUS XXI.

Feudum amissum ad quem devolvatur.

VAsallo propter justam culpam à feudo cadente, utrum ad Dominũ, an ad successoré Vasalli beneficiũ pertineat sæpè quæsitum fuit? Et in usib. Feudorũ hæc distinctio tam ratione, quã morib. comprobata est, siquidé Vasallus

ita in Dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat: non ad proximos, sed ad Dominum beneficium revertatur: ut hanc saltem habeat suæ injuriæ ultioné: Si verò non in dominũ, sed aliàs graviter deliquerit, vel grave quid commiserit, & feudum amittit, & non ad dominum, sed ad proximos pertinet, si tamen beneficium fuerit paternum.

Ita distinguitur in textu cap.1.§.deniq. Qu.fu.prim.caus.benef.amit.2.F.24. cum quo concordat text.in c.1.an ill. qui interf. frat. domin.2.F.37.

Miles si habitum religionis assumpserit, feudum pertinet ad agnatos, si filii nõ extent.

per c.1. de milit.Vasal.qui arm. bell. depos.2.F.21.

Feudum novum ob culpam Vasalli amissum indistinctè ad dominum revertitur, sive Vasallus peccaverit in extraneum, sive in Dominum, exclusis omnibus descendentibus, & agnatis.

per c.1.§.fin.ibi: si tamen beneficium fuerit paternum. Qu.fu.prim.caus. benefi.amit.2.F.24.

Ob

Ob non petitam investituram infra annum & diem, feudũ amissum ad Dominum revertitur.

c.1.§.prætereà.de prohib.feud.alien.per Frider.2.F.55. Existit enim Vasallus tanquam ingratus, si per annum & diem investituram non petierit. *c.1.à princ.Qu. fuit prim.cauſ.benef.amit 2.F.24.*

Si feudum illicitè alienatum, ad dominum redit.

c.1.§.callidis,de prohib.feud.al.per Frid. 2.F.55.c.1.§.item ſi quis.Quib.mod.feud.amit.1.F.5.c.1.§.fin.Qu.fuit prim.cauſ.benef.amit.2.F.24.ca.1. Quid jur.ſi Vaſ.poſt al.feud.id recup.2.F.44. Quia dominum contẽnere videtur.*d.c.1.§.deniq;.2.F.24.*

Ob servitium non pręstitum, feudum Domino aperitur.

c.1.§.firmiter.de prohib.feud.alien.per Frider.2.F.55.

Regulariter feudum amissum filio nõ aperitur, cum certi sit juris: Ex quocũq; delicto Vasallus privatur feudo, ex eodẽ & filios, & cęteros descẽdẽtes privari, nõ habita ratione, an in Dominũ, an verò in

alios felonia commissa sit.

c.1.§.fin.Qu.fu.prim.caus.benef amit. 2.F 24.c.1 §.si Vasallus.si de feud.defun. cont.sit.int.dom.& agn.Vas.defun.2.F.26. c.1 an ill.qui interf.frat.dom.2.F.37.ca.1.si Vasal.feud.prin.cui defer.2.F.31.

Vasallus Vasalli si Dominum Domini sui offenderit,& feudo suo privetur, ad dominum suũ,à quo ipse tenebat, revertitur,nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere majori Domino, qué offenderit.*c.1.§.illud,de prohib.feud alien.per Frider.2.F.55:*

Feudum ex pacto & providentia ob delictum Domino apertum penes ipsum tam diu remanet,quam diu Vasal.delinquens, vel ejus descendentes supersint. Defuncto verò eo absque heredibus masculis,tum ad agnatos devolvitur.

Per c.cum hereditarium.titu.extraord. 78.& cap si alter ex fratribus.tit.extraor. 83.

Vasalli per sententiam si proscripti eorum feuda ad Dominos recedunt, quãdiu vixerint, Fructus tamen feudalium bono-

honorum offenso ad æstimationem judicii Cameræ Imperialis dentur, tantisper dum proscriptione exsolvantur.

Ordin. Cam. Imper. part. 2. tit. 9. §. auch die Lehen.

Si clericus, ut Episcopus, Prælatus, Abbas, feudum datum Ecclesiæ perdit, illud eo vivente ad Regem pertinet, post mortem verò ejus ad successoré ejus revertitur. *c. 1. §. item si de cap. Corra. 2. F. 40.*

TITULUS XXII.

Fructus & Accessiones Feudi, ad quem pertineant.

QVod si Vasallus decedat sine herede masculo, & contingat, feudum ad Dominum reverti, de fructibus relictis sic distinguitur: Quod si ante Martium decedet, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad Dominũ pertinebũt. Si verò post Cal. Martii usq; ad Augustũ, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad heredes Vasalli pertineant. Si verò post Augustum omnes fructus anni percipiet dominus.

Textus est in c.1.§.his consequenter.hîc finit.lex 2.F.28.

Si in feudo Vasallus aliquod beneficium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea, ut Vasallus sine filio masculo decedat: Dominus aut patiatur ædificium ad heredibus Vasalli (ad quos tamen feudi successio non pertinet) auferri, aut solvat precium meliorationis.

Text.in c.1.§.si Vasallus.hîc fin.lex. 2.F. 28.& in c.1.§.econtrariò.de invest. de re al. fact.2.F.8.fac.L.in fundo alieno 88.ff.de rei vindic.

Idem est, si precio servitutem feudo acquirat.

Text.in d.§.si Vasallus.

Incrementum factum rei feudali per alluvionem accrescit, & acquiritur regulariter Domino, non verò Vasallo vel ejus heredibus.

Tex.in c.1.§.si quis de manso & §.rursus. si de invest.feud.cont.fuer.1.F.4.

TITU-

TITULUS. XXIII.

De judicio feudali.

Quæ Actiones competant Vasallis.

FEudo constituto competit Vasallo actio ex contractu investituræ, & quidem condictio ex Lege non scripta, seu ex moribus adversus dominum, ut tradat vacuam possessionem beneficii solenniter concessi.

c.1. à princ. quid sit investit. 2. F. 2. cap. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 3. c. 1. §. fin. de nov. form. fide. 2. F. 7. c. 1. §. si facta. si de feu. defun. cont. sit int. dom. & agn. Vas. def. 2. F. 26. & c. 1. à princ. si de invest. feud. controv. fuer. 1 F. 4.

Vasallus si habuit propriam & veram investituram feudi, ut quia fuit inductus in possessionem rei feudalis, & si postea cadat à possessione istius feudi, poterit rē feudalem à quocunque possidente ratione utilis dominii vendicare.

Tex. in c. 1. §. rei autem. de invest. de re al. fact. 2. F. 8. arg. l. 1. in fi. ff. si ager vectigal.

Qui accepit rem alienam ignorans in

feudum, existimans propriam esse investientis, agit, ut ea res aut alia ejusdem bonitatis ei præstetur.

c.1. à princ. de investit. de re alien. fact. 2. F.8. cap. 1. an apud jud. vel Cur. Dom. 2. F.46.

Simile est, si Vasallum super feudo interpellatum Dominus nolit defendere, & sic feudum evincatur, hoc est, per sententiam judicis fuerit ablatum, cogetur Dominus restituere Vasallo aliud ejusdem æstimationis, cujus prius fuerit tempore rei judicatæ.

cap. si Vasal. ab aliqu. interpell. fuer. 2. F. 25.

Quæ actiones competant Domino.

Dominus si velit agere ad repetitionem feudi, ut quia servitium per Vasallum non est præstitum: vel aliud quiddam commisit Vasallus propter quod feudo venit privandus: & tunc secundum communem conclusionē Dd. directa rei vindicatio illi cōpetit ratione directi dominii, quod semper penes ipsū mansit.

c.I.

c.1.§.ult.de investit.de re alien.fact.2.F.8.& c.1.§.imprimis.in quib.caus.feud.amit.2.F.23.

Habet quoque dominus feudi condictionem causa data, causa non secuta, atque ita expressè traditum est in *ca.1.ibi: tunc condictio.de feud.sin.culp.non amit.1.F.21.*

Coram quo judice judicium feudale instituendum.

JUrisdictio feudalis, quæ Domino feudi & Paribus Curiæ competit ordinaria est.

ca.Imperialem.§.præterea si inter.de prohib.feud.alien.per Frider.2.F.55.c.cæterum.c.novit.vers.non enim.de judic.& c.cum contingat.in fin.de for.compet.

Lex etenim illam confert, adeò quod ordinarius loci, hoc est, is, in cujus territorio res feudalis sita est, non possit sese intromittere, sed pertinet ejus cognitio, & discussio ad solum dominum feudi.

c.1.apud quem vel qu.controv.feud.fin.1.F.8.c.1.de investit.in mar.fact.2.F.15.c.

c.1.an apud jud.vel cur.d.c.Imperialem.§. prætereà.2.F.55.

Dominus feudi judex est in casibus sequentibus.

I. Quando inter duos Capitaneos de feudo Regali, ut Principatu, Ducatu, vel Comitatu, contentio fuerit, quorum uterque à Rege se dicit investitum fuisse, tunc solus cognoscit Imperator vel Rex.

Text.in c.1.apud quem vel qu.controv. feud.defin.1.F.18.& in c.1.à princ.de Leg. Corrad.2.F.34.

Nec eo casu, quo controversia ad Imperatorem spectat, ut si sit de feudis Regalibus Die vom H. Reich zu Lehen rühren / & vulgò dicuntur Fahnen Lehen/ Camera Imperialis cognoscere potest, sed est jurisdictio solius Imperatoris.

Ordin.Cam.part.2.tit.7.

II. Si inter alios Vasallos, sive majores sive minores sint Valvasores, super feudo lis oriatur, & litigantes veri sint Vasalli, tunc Dominus sine Paribus Curiæ judex est.

c.1.§.prætereà si inter.de prohibit.feud. alien.per Frideric.2. F.55.c.1. apud qu. vel qu.controv.feud,termin.1.F.18.c.ceterum. de judic.

Ut si duo Vasalli se mutuò agnoscunt, ut Pares Curiæ, sed disceptant de qualitate feudi, videlicet de finibus, vel an sit paternum vel maternum, an ad filios transire debeat vel non, &c. Hoc casu firma stat jurisdictio Domini, si causa Dominum non concernat, hoc est, sit talis ex qua ad ipsum, nec damnum nec lucrum spectat.

c.1.§.fin si de feud.def.cont.sit int.dom. & agn.Vas.defun.2.F.26.

Etenim ubicumq; Domini præjudicium versatur, aut agitur de ejus commodo vel incommodo, regulariter Dominus non erit judex competens, sed firma stabit Parium jurisdictio, si sint.

c.1.an apud jud.vel Cur.Dom.2.F.46.c. 1.de investit.in marit.facta 2.F.15.

Et procedit ista Conclusio etiamsi Dominus feudi Ecclesiastica sit persona, & vasalli seculares.

c. cæterum. de judic. vel è diverso judex secularis & vasalli clerici essent. *capi. ex transmissa. de for. compet.* & hoc propter naturam rerum feudalium & qualitatem.

Vasalli in causa feudali jurisdictionem alterius sine licentia Domini vel invito Domino prorogare non possunt.

Text. in c. 1. §. illud tamen. de investit. in marit. fact. 2. F. 15. & in c. transmissa. de for. compet.

Pares Curiæ dicuntur Vasalli ejusdem Domini, qui feuda in eodem territorio, & in eadem Curia vel Provincia habēt.

ca. 1. à princ. junct. §. si quis. si de investi. int dom. & vasall. lis oriat. 1. F. 26. c. 1. §. si enim. quid sit investit. 2. F. 2.

Ad hoc ut Pares dicantur, non requiritur, an ejusdem qualitatis, & dignitatis sint, hoc est, an sint Comites, Barones, vel Nobiles, sed sufficit, ut feudum ab eodem Domino teneant.

cap. 1. §. Testes. si de investit. int. dom. & vas. lis oriat. 1. F. 26.

Lis feudalis coram Paribus Curiæ primò in-

mò instituenda est, quando orta controversia inter Dominum & vasallum occasione feudi veluti de investitura, felonia vel simili casu.

c.1.§.prat. reà si inter. de proh b. feud. alien. per Frider. 2. F.55 c.1. de controv. feud. ap. par. term. 2. F.16. c.1. de controv. int. vasall. & Episco. 2. F. 20. ubi ponitur hæc regula: Quicquid inter Dominum & vasallum sive de investitura sive de principali causa agendum est, per suam curiam expediendum est. *c.1.§. si inter. de alien. feu pat. 2. F.39 c.1. de cont. int. dom. & fidei: de invest. feud. à princ. 1. F.10.*

Ubi autem dicit Vasallus prius de suo recto feudo debere se à Domino investiri: siquidem sine controversia de alio sit vasallus indubitanter primò investiendus est: & postea cognoscendum est, quod sit suum rectum feudum, aut quod non.

Sed si nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, nisi de quo controversia est: tunc tota causa prius ventilanda est, & sic videndum, utrum postea investiendus sit.

Ita

Ita textus in c.1. §. si inter Dominum. de alien. feud. pat. 2 F.39. & in c. 1. de cont. int. Episc. & Vas. 2. F.20.

II. Si uterque contendat, se vasallum esse, tunc Domini non est cognitio, sed Pares Curiæ cognoscent.

Text. in ca. 1. apud quem vel quos contr. feud. defin. 1. F.18. & in c. cæterum. ext. de judic.

III. Pares Curiæ judices sunt, si inter duos super feudo toto vel parte controversia sit, quorum alter verus, alter assertus existat vasallus Zwischen einem wissendlichen Lehenman / vnnd einem berühmten Vasall.

c.1. à princ. de Leg. Corrad. 2. F.34. ca. 1. apud quem vel qu. controver. feud. termin. 1. F.18.

IV. Si suspicio erga Dominum cadere possit, tunc si Pares sunt cognoscent.

c.1. an apud. jud. vel cur. dom. 2. F.26.

Eliguntur autem Pares Curiæ ab ipsis partibus litigantibus, hoc est, Domino & Vasallo pari numero. *Text. in cap. 1. de controv. feud. ap. Par. term. 2. F.16.*

Si verò

Si verò dissentiant, tunc quid faciendum sit, quæritur? Sed prævaluit eorum sententia, qui dixerunt, Dominum debere eligere prius, quem aut quos voluerit: & Vasallus similiter hoc faciat secundum numerum à Domino comprobatum. Ille tamen Vasallus, qui fidelitatem Domino non juravit Domino vel Vasallo dissentiente pro pari non est eligendus.

Text. in capi. 1. de controv. feud. ap. Par. termin. 2. F. 16. cap. 1. §. præterea si inter. de prohib. feud. aliena. per Fridericum. 2. F. 55.

Ordinarius ipsius rei conventi judex est.

I. Si inter Pares duos de aliquo beneficio controversia sit, quorum uterque suum feudum proprium esse dicat, sive asserant eundem investitorem, sive diversos coram judice vel arbitro finiatur.

c. 1. §. si inter. de Leg. Corrad. 2. F. 34.

II. Si Vasallus dicat, feudum quod tenet esse novũ, at agnatus esse antiquum asseveret,

asseveret, his coram ordinario judice, arbitróve communiter electo dirimetur.

c.1.de investit.in marit.fact. à princ.2. F.15.

III. Si inter Vasallum & extraneum non vasallum quæstio vertatur, activé & passivé coram ordinario judice ventilanda erit, sive extraneus agat sive possideat.

c.1.de controv int Vas.& al. 2. F. 45. ubi deciditur: Vasallum posse utiliter agere vel excipere contra alios etiam Domino absente & ignorante, si ei quondam controversia ab alio de feudo moveatur.

IV. Quando vasallus Dominum non recognoscit, sed asserit feudum suum esse allodium, aut ab alio Domino dependere, ordinarius judex est.

c.1.§.si duo & §. seq. de pac.tenend.

V. Quando vasallus non vult coram Domino feudi respondere, nec justitiam exhibere, tunc potest se intromittere ordinarius.

c.cæterum.in fin.de judic.

Pro

Processus judicii Feudalis.

ORdo judicii Feudalis instituitur simili modo, quo & reliqua judicia civilia ordinantur, & ideò Citatio fit, Libellus offertur, dantur dilationes, lis contestatur, testes & instrumẽta producuntur, & in causa concluditur.

Singularia tamen quædam in processu Feudali admittuntur, ut, Quando est Quæstio inter dominum & vasallum de calumnia non juratur.

Text. in c. 1. §. in quib. de consuetud. rect. feud. 2. F. 33.

Contentio si fuerit inter Dominum & Vasallum, & Dominus habuerit aliquam rationem contra Vasallum, & vasallus contra Dominũ, vasalli ratio prius discutiatur: quoniam Pares majorem jurisdictionem habent de suo pari, quàm de suo Domino.

Tit. extraord. 70.

In probationibus singulare est, quod investitura feudi novi non probetur, nisi per Pares Curiæ vel breve testatum ab iis confirmatum.

cap.1. à princ p. si de invest. int. dom. & Vasall. lis oriat. 1. F. 26. c. 1. §. item si vasallus si de invest. feud. controv. fuer. 1. F. 4. ca. 1. de pign. dat. feud. quid jur. 1. F. 11. cap. 1. qui test. sint necess. ad nov. prob. investit. 2. F. 32. ca. 1. §. si verò de feud. Guard. 1. F. 2. cap. 1. à princip. de cont. int. dom. & fidel. 1. F. 10.

Pares Curiæ si negant si interfuisse, cum facta investitura fuerat, vel reminisci, tunc Domino cogente jurent, quod hujus veritatem nesciant, & tunc actor aut alios producat Pares, aut jurisjurandi Domino detur electio, ut proinde juret investituram factam non esse, aut sacramentum vasallo referat, & ille aut juret, aut acquiescat.

Text. in ca. 1. §. si enim Domino. quid sit invest. 2. F. 2.

Inopia probationum emergente controversia feudalis dirimatur per jusjurandum possessoris.

c. 1. §. si autem investit. quid sit investit. 2. F. 2. c. 1. à pr. si de investit. int. dom. & vasf. lis oriat. 1. F. 26. Ita ramen si aliquid pro eo sit,

eo ſit, quod judicem moveat. Ubi nihil eſt, quod faciat pro poſſidenti, propter poſſeſſionem ſolam, tunc ſecundũ quod judici melius fuerit viſum, poſſidenti dabitur juramentum. *Text. in c. 1. §. ſacramentum. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33.*

Et ergò ſi Vaſallus in poſſeſſione exiſtit, juramento poſſeſſionem ſuam defendere poterit.

princ c. 1. & §. ſi quis de manſo. ſi de inveſt feud. contr. fuer. 1. F. 4. c. 1. de cont. int. dom. & fidel. de inveſt. feud. 1. F. 10. capit 1. de cont. int. dom. & Vaſall. de inveſtit. feud. 1. F. 23. cap. 1. ſi de inveſtit. int. dom. & Vaſall. lis oriat. 1. F. 26 & cap. 1. §. præterea quid ſit inveſtit. 2. F. 2. modò longa ſit Vaſalli poſſeſſio. *c. 1. 1. §. fi. de conſuetud. rect. feud. 2. F. 33.* Ubi verò nova non eſt poſſeſſio, Dominus jurabit, niſi aliud faciat pro poſſidente. *d. capit. 1. §. fin. 2. F. 33.*

Contrà ſi Dominus in poſſeſſione ſit, & Vaſallus probare non poſſit, illius erit defenſio, qui inveſtituram dicitur feciſſe, hoc eſt, Domino jusjurandũ defertur.

c. 1. de

c.1. de cont. int. dom. & Vasall. de invest. feud. 1. F. 23. c. 1. §. si verò Vasallus. quid sit invest. 2. F. 2. c. 1. à prin. si de invest. feu. controv. fuer. 1. F. 4.

Possidenti tamen datur electio, an ille jurare velit, vel adversario jusjurandum referre.

Text. in c. 1. §. si verò Vasall. quid sit invest. 2. F. 2. c. 1. §. item placet. de invest. t. in marit. fact. 2. F. 15. ca. 1. à princ. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. Vas. defun. 2. F. 26.

Si verò aliquis habuerit feudum, de quo nulla est controversia, & dixerit, se investituram alterius feudi accepisse ab eodem Domino, nec in possessione fuerit, nec prædictis probationibus probare poterit, licet Domini esset defensio, ex ordine tamen, quia aliunde vasallus est, remittitur Domino ex æquitate defensio.

Text. in c. 1. §. si verò feudum. si de invest. feud. controv. fuer. 1. F. 4.

Asserens feudum aliquod per successionem velut paternum ad se pertinere, si in

si in possessione dimidię vel alterius partis illius existat, vel pro dicta parte sua proprietatis nomine recompensam habeat, sicque jus paterni feudi se una in parte habere probet etiam in alia parte, quam non possidet, obtinebit.

Idem juris est, si aliis justis rationibus hoc feudum paternum esse probare poterit. verum si de parte possessa non plenè probârit, sed semiplenè duntaxat, defensio ei cum 12. sacramentalibus permittitur.

Text. in c. 1. §. cum autem. si de investit. feud. controv. fuer. 1. F. 4.

Feudi Ecclesiastici investitura per quoslibet testes, sive sint extranei, sive Pares Curiæ probatur.

c. 1. §. in clericor. si de invest. int. dom. & Vasall. lis oriat. 1. F. 26.

Antiqui feudi investitura quibuscunque quoque testibus probatur, & Paribus & extraneis, qui Domino nullo jurejurando feudi ergò adstricti sunt.

c. 1. vers. de ceteri. qui test. sint necess. ad nov. prob. investit. 2. F 32.

Conditio Testium in feudis eo tempore inspicitur, quo testes adhibentur, non quo testimonii dicendi causa rogantur. Unde Pares qui fuerunt, si jam desierint esse Pares, ad testimonium adhibentur lite inter Dominũ & Vasallũ coorta.

cap. 1. an remov. deb. test. qu. Par. Cur, 2, F. 19.

Testis in feudo non potest esse fœmina, sive Vasalla ejusdem Domini sive extranea fuerit.

ca. 1. in fin. qu. test. sint necessar. ad nov. invest. proband. 2. F. 32.

Felonia seu ingratitudo commissa non nisi quinque testibus probatur, qui esse debent summæ atque integrę opinionis.

Tex. in c. 1. quot test sint necessar. ad proband. ingrat. feud. 2. F. 57.

Singulare etiam est in processu Feudali, ut & antea diximus, quod actore non probante reus possessor non absolvatur, sed debeat controversia dirimi per religionem clientuli possessoris feudi, vel reus se purgare jurejurando cum 12. Sacramentalibus.

c. 1. §.

c.1.§.& cum datur.de consuet.rect.feud. 2.F.33.

Cæterùm si Dominus possideat etiam per suum jusjurandum cum 12. Sacramentalibus dirimatur controversia.

c.1. à princ. de cont. int. dom.& fidel. de invest.feud.1.F.20.

Appellatio in causis feudalibus non minus ac in aliis conceditur, siquidem cum jure Feudorum non reperiatur prohibita, jure communi autem sit concessa, ea ipso jure etiam Feudali concessa esse intelligitur.

Quæ doctrina communis est, & fundatur in *ca. 1.§.fin. ibi: ad nostram veniat præsentiam &c. quo temp. mil. investit. pet. 1.F.22.*

Titulus XXIV.

De Autoritate Titulorum Extraordinariorum.

ULtimus titulus Consuetudinum Feudorũ juxta ordinariam & vulgatam editionem est titulus 58. *de not.feu.lib.2.* Qui sequuntur dicuntur ti-

tuli extraordinarii, quia ſunt alterius compilationis, nec erant in priori compilatione, ſed alibi ſparſim tractati & poſtea collecti per Jacobum de Ardiz. uti teſtatur Jacobus Alvarotus. Et poſſunt illi tituli extraordinarii, ut Authentici allegari, quoad cum ordinariis titulis juris Feudalis conveniunt, & tunc teſtimonio eorum uti, iisdemque ea, quæ non ſunt ſatis explicata, manifeſtiùs declarare licet, ad exemplum Novellarum Imperatoris Leonis, quarum inſertio Corpori juris civilis facta eſt ad interpretationem iis in rebus, in quibus conveniunt. Qui tituli etiam à Jacobo de Ardizone, & Baldo juxta Alvarotum ſępè ad corroborationem ſuorum dictorum adducti fuerunt.

